



PROGRAMM,

w o m i t

zu der auf Dienstag den 18. April 1848 angesetzten

öffentlichen Prüfung der Zöglinge

d e s

städtischen Gymnasiums zu Danzig

ergebenst einladet

Dr. Fr. With. Engelhardt,
Director.

Inhalt.

1. Lectiones Venusinae. Vom Prof. Herbst.
2. Schulnachrichten. Vom Director.

Danzig,
Druck der Gerhard'schen Officin.
1848.

MEMORANDUM

TO : [Illegible]

FROM : [Illegible]

SUBJECT : [Illegible]

[Illegible]

LECTIONUM VENUSINARUM

PARTICULA PRIMA.

—
Scripsit .

DR. CHR. HERBST,

Gymnasii Gedanensis
Professor.

Gedani,

Typis Officinae Gerhardanae.

MDCCCXLVIII.

THE THEORY OF ALGEBRA

PARTIAL DIFFERENTIALS

BY G. B. ROBERTS

Author of "The Theory of Algebra"

London: Macmillan & Co., Ltd.
1904

— — Si quid novisti rectius istis.
Candidus imperti; si non, his utere mecum.

Poetam Venusinum cum omni orationis elegantia, tum praecipue singulari quadam perspicuitatis laude praestare vetus et pervagata opinio est. Quam etsi ego veram esse non diffiteor, mirum tamen videri debet, quid causae sit, cur, cum per tot annos tot summo viri ingenio tantum Horatianis libris impenderint curae ac laboris, hodie quoque perquam multi in iis reperiantur loci, ubi alias ab aliis interpretibus, et ipsas saepe inter se admodum discrepantes, defendi sententias videamus. Verum haec quidem culpa non invenio qua ratione ipsi possit tribui poetae,*) qui quanta diligentia sit in componendis carminibus atque perpoliendis versari solitus, nemo est, modo habeat cum his literis aliquod commercium, qui ignoret.**)

*) Orellio quidem non omni culpa vacuus videtur ipse poeta. cfr. ejus annotat. ad Od. I. 28. de quo carmine multae sane ac diversae propositae sunt opiniones; sed vide, ne ea culpa potius sit interpretum, qui, cum sine idonea causa hic sermonem esse inter nautam et Archytae umbram statuissent, summas in difficultates delaberentur necesse erat. Nam illud si exceperis, quod, qua re impulsus hoc carmen hac potissimum forma composuerit Horatius, non constat — quod tamen minus mirandum quam dolendum, minime vero exprobandum poetae puto — tanta in eo tum rerum, tum verborum perspicuitas est, ut, si quis latine sciat nec contorta delectetur interpretatione, vix usquam haesitare posse videatur.

**) Discentium causa, quorum ego aliquam in hac scriptione esse habendam rationem puto, visum est aliquot locos afferre, unde, quid poeta iis, qui scribendi se arte laudem cupiant merere, sapienter praecipiat, ipsi velim cognoscant:

Neque vero, ubicunque interpretes inter sese dissentiunt fluctuantve, continuo incuria eorum aut imperitia incusanda est. Non desunt enim loci, qui propter vel

Epist. 2, 2, 109.

At qui legitimum cupiet fecisse poema,
Cum tabulis animum censoris sumet honesti;
Audebit, quaecunque parum splendoris habebunt
Et sine pondere erunt et honore indigna ferentur,*)
Verba movere loco, quamvis invita recedant
Et versentur adhuc intra penetralia Vestae.

Luxuriantia compescet, nimis aspera sano
Levabit cultu, virtute carentia tollet.**)

*) Futura habebunt etc. Orellius ait propter praecedens audebit posita esse, hac videlicet significatione: „quae parum splendoris ipsi habere videbuntur, eodem tempore amovebit.“ Illud verum est; habebunt enim requirit latinitatis ratio, hoc ego falsum esse censeo. Quae vis ipsi futuro tribuitur ab Orellio, ea inest in verbo ferendi, quod eodem modo hic intelligi debet ut apud Virg. Aen. 6, 823:

Utunque ferent (i. e. iudicabunt) ea facta minores,
Vincet amor patriae laudumque immensa cupido.

Negat Orellius. „Sic enim, inquit, significandum fuisset, a quo iudice rejiciantur,“ ferentur autem comparat cum fluere et lutulentus Sat. 1, 4, 11; imaginem enim repetitam esse a turbida torrentis aqua. Quid vero? non videt vir doctissimus hanc omnem orationem non esse nisi de emendandis iis, quae jam in ceris — quemadmodum in censoriis tabulis nomina civium — perscripta sint, iudicem autem esse ipsum scriptorem, qui, quemadmodum censor senatu vel tribu indignos cives, ita indigna quae videantur verba honesto, quem in scriptis teneant, loco movere debeat?

***) Tollet explicat Orellius ex Quint. 10, 4, 1: Emendationis est — — premere tumentia, humilia extollere, luxuriantia astringere etc. Jd. 8, 6, 11: Praecipue ex his oritur sublimitas, quae audaci et proxime periculum translatione tolluntur. Esse igitur heben, vim qualicunque modo addere verbis, sententis, ipso versuum sono.

Laudat etiam Dillenburgeri hanc annotationem: Intelliges sententiam ex Ciceronis loco Tusc. 5, 13, 37: Jtaque et arbores et vites et ea, quae sunt humiliora neque se tollere a terra altius possunt, alia semper virent, alia — frondescunt.

Aptius etiam addi poterat Cic. de Orat. 3, 26, 104: Summa autem laus eloquentiae est, amplificare rem ornando, quod valet non solum ad augendum aliquid et tollendum altius dicendo, sed etiam ad extenuandum atque abjiciendum.

Sed in his locis omnibus verbum tollendi quomodo dicatur, satis ex iis apparet, quae ei sunt adjuncta, ut humilia, altius etc. Nostro autem loco quid est, unde illud non ea, qua solet, ratione dici perspiciatur? Nonne igitur sicut Cicero, quum laudandum Octavianum, ornandum, tollendum, joco ille quidem ac consulto, dixisset, ita ipse quoque Horatius jure argueretur locutus esse ambigue? Verum sic, inquit Orell., idem

librariorum errores vel rerum aut personarum, quae significantur, obscuritatem aliquantum habeant dubitationis, ut non sit, quod magnopere miremur, in iis

Epist. ad Pison. 263:

Non quis videt immodulata poemata iudex
Et data Romanis venia est indigna poetis,
Jdcircone vager scribamque licenter? an omnes
Visuros peccata putem mea, tutus et intra
Spem veniae cautus? Vitavi denique culpam,
Non laudem merui.

Jbid. 445.

Vir bonus et prudens versus reprehendet inertes,
Culpabit duos, incontinens allinet atrum
Transverso calamo signum, ambitiosa recidet
Ornamenta, parum claris lucem dare coget,
Arguet ambigue dictum, mutanda notabit,
Fiet Aristarchus.

Sat. 1, 10, 68.

Ille (Lucilius)

Si foret hoc nostrum fato dilatus in aevum,
Detereret sibi multa, recideret omne quod ultra
Perfectum traheretur, et in versu faciendo
Saepe caput scaberet vivos et roderet ungues.
Saepe stilum vertas, iterum quae digna legi sint
Scripturus, neque te ut miretur turba, labores,
Contentus paucis lectoribus.

Ac si quis erit, qui quae Horatius praecipiat aliis, ipsum neglexisse suspicetur, comparet Sat. 2, 3, 1 ubi poetam Damasippus increpat his verbis:

Sic raro scribis, ut toto non quater anno Membranam (zur reinschrift) poscas, scriptorum quaeque retexens.

otiose repeteret, quod jam inest in v. compescet. At enim, ut vinitor, cum compescit luxuriantem vitem, nil nisi „spatiantia passim brachia“ amputat, ipsam non tollit, ita luxuriantia verba qui compescit, luxuriam tantum resecat verborum, ipsa verba non delet omnino. Jam quod ait Orell. virtute carentia idem esse, quod tenuia atque humilia, id longe mihi a vero videtur abhorrere. Quae virtute carent, inertia sunt, futilla, quae non sunt extollenda, augenda, sed potius amovenda, delenda.

constituendis atque illustrandis doctos homines non unam omnes inire rationem. Sed tamen non omni eos culpa liberatos velim. Nam cum etiam iis in locis, quorum neque in rebus neque in verbis magna difficultas esse videatur, in diversas saepe abeant partes, si quis illos nonnunquam aut quomodo cohaereant inter se sententiae, minus anxie curavisse, aut consuetudinis Horatianae vel denique Latinae parum memores fuisse dixerit, non ego nimis eum arrogantem aut impudentem esse arbitrabor. Etenim sic mihi persuadeo, sic statuo, nihil inesse in his libris, quod, si modo certa lectio sit, neque sit in rebus quidquam, quod nostram notitiam fugiat, non ita possit explicari, peritis ut nihil dubitationis relinquatur. Hoc si ego, quod tot viri doctrina et ingenio praestantes non potuerunt, memet posse efficere profiterer, nimium profecto mihi arrogarem meritoque notam subirem vanitatis, neque tamen tantum ipse mihi derogo, ut non uno et altero loco, quid Horatiana consuetudo poscat, explorasse mihi videar paulo diligentius. Quapropter hac scribendi opportunitate usus, si de paucis quibusdam locis, mea quae opinio sit, uberius exposuerim, non vereor, ne quis supervacaneam a me susceptam esse operam arbitretur.

Cap. I.

Sat. 1, 4, 103.

Liberius si

Dixero quid, si forte jocosius, hoc mihi juris
 Cum venia dabis, insuevit pater optimus hoc me,
 Ut fugerem, exemplis vitiorum quaeque notando.

Hoc de loco ita disputat Orellius:*) „Cave construas cum Bentlejo: insuevit me pater, ut hoc fugerem, sed: Hoc me insuevit ut fugerem vitiorum quaeque, ea vitia exemplis notando, id est, assuefecit me, adolescentem exemplis monens, ut postea ipse in singulis hominibus notarem, quibus vitiis laborarent, quaeque mala atque cala-

*) Non possum nec, si possem, vellem multorum exemplo omnes omnium interpretum opiniones colligere atque enumerare; qua quidem ratione haud scio an sententia scriptoris saepe obrui potius obscurarique, quam aperiri atque illustrari soleat; Orellii tamen tanta in his literis auctoritas est, ut, ipsi quid de quoque loco videatur, silentio praeterire non debeam.

7

mitates eos propterea consecutae essent, quibus exemplis deterritus ejusmodi vitia vitarem. Alii v. notando ad solum patrem referunt, ut Voss.:

Mich gewöhnt also mein redlicher vater,

Fehler zu fliehn, da jeden er zeigt im warnenden beispiel.

sed sic constructio fit admodum dura, cum facilius ad v. notando suppleatur ea, quam ad v. fugerem: nam sic esset explananda: „Notando exemplis vitiorum quaeque insuevit pater hoc me, ut ea fugerem.“

Neque haec neque illa vera ratio est; sunt enim verba ita ordinanda: Si quid — — dixero, hoc pater me assuevit, notando exemplis quaeque vitiorum, ut fugerem. Sententia haec est: Si quid forte in satiris liberius aut jocosius de hoc atque illo homine aut vitio dixero, id mihi ignosces, propterea quod in eam consuetudinem adductus sum optimi patris institutione, quippe qui exemplis vitiorum quaeque notare soleret, ut caverem.

Errant igitur, qui verba insuevit hoc me ad ea referunt, quae sequuntur. Eodem modo idem pronomen ad antegressa pertinet Sat. I, 6, 68:

Si neque avaritiam neque sordes aut mala lustra

Objiciet vere quisquam mihi, purus et insons,

Ut me collaudem, si et vivo carus amicis,

Causa fuit pater his, qui macro pauper agello

Noluit in Flavi ludum me mittere etc.

Jam intelligitur notando ad solum pertinere patrem, qui, quum ratione non posset, exemplis filium docebat, quid honestum esset, quid turpe. Quaeque autem pendere e verbo notandi vel ex ipsa hujus pronominis vi ac notione manifestum est: singula pater notabat vitia exemplis, ut occasio ferebat. Sic scriptorum quaeque (retexens) non est omnia scripta, sed singula, ut quaeque scripta sunt, retexens (das geschriebene — wie Penelope ihr gewebe — immer wieder auflösend, vernichtend).

Denique si cum fugeret conjungi vitiorum quaeque H. voluisset, non poterat exemplis interponere. Utitur ille quidem interdum liberiore quadam verborum compositione, nusquam tamen eam reperio, qua facile quisquam nisi incautus sit aut imperitus, induci possit in errorem. Sed de hoc usu postea plura dicentur.

Postremo ne illud quidem verum est, facilius ad v. notando suppleri ea, quam ad v. fugerem.

Haec O. cum scriberet, immemor erat Horatianae consuetudinis, qua non raro cum nomina, tum verba et particulae, in priore membro omissa, ex posteriore intelliguntur. Et quoniam interpretes eam neque satis diligenter attenderunt, et multo minus, quod sciam, explanarunt accurate, ut, si qua etiam nunc dubitatio sit, ea omnis tollatur, plura mihi exempla esse in medium proferenda existimo.

Epist. ad Pis. 42.

Ordinis haec virtus erit et venus, aut ego fallor,

Ut jam nunc dicat, jam nunc debentia dici*)

Pleraque differat et praesens in tempus omittat.

*) Vulgo haec sic distinguuntur:

Ut jam nunc dicat jam nunc debentia dici,

Pleraque differat etc.

„Dici vix potest, inquit Orell., quot quantique errores in his verbis explanandis et constituendis ab interpretibus commissi sint. — — — Vera h. l. interpretatio haec est: Ut jam nunc dicat ea, quae re vera nunc ipsum dici debent — pleraque (permulta) autem, quae alius poeta minus peritus, toto sacco serens, etsi non prorsus necessaria jam hic inculcasset, differat“ etc

Similis jam a Lambino proposita interpretatio est, de qua subtiliter, ut solet, Bentlejus ita disserit: „Atque haec ordinis fuerit quasi definitio generalis: Noster vero virtutem hic quandam et arcanam ordinis venerem indicat, reconditam scilicet gratiam et venustatem, caute nec sine periculo tentandam: inde est quod addat: aut ego fallor.“ Ipse igitur ita hunc locum interpretatur: ut interdum (jam nunc) dicat omnia, interdum pleraque quae debebant dici et ad locum pertinebant differat in aliud tempus, ne mole scilicet τῶν περιστάσεων obruatur lector et narrationis filum amittat. Hoc si cum judicio fiet, singularem gratiam veneremque conciliabit.“

Sententiam quidem penitus perspexit B., verba autem quomodo essent expedienda, minus vidit vir acutissimus. Sine causa igitur non modo omnia addidit, sed etiam particulis jam nunc eam vim tribuit, qua dici vix possunt, certe non solent. Nam quod Persius, „perpetuus Horatii imitator“ semel ita dixit, videri potest hoc ipso loco inductus esse in errorem. Sed hoc quidem, ut quisque volet; illud constat ad dicat ex altero membro addendum esse debentia dici. Jam autem eodem modo dictum puto, ut Sat. 2, 7, 20:

Qui jam contento, jam laxo fune laborat.

Jbid. v. 114:

Jam vino quaerens, jam somno fallere curam.

Neminem jam futurum esse spero, qui non sibi putet acquiescendum in hac sententia: „ut modo nunc dicat, quae dici debent, modo nunc debentia dici (was der gewöhnlichen ordnung nach jetzt kommen sollte) pleraque differat.“

Epist. 2, 1, 13.

Urit enim fulgore suo, qui praegravat artes
Infra se positas: exstinctus amabitur idem.

Sat. 1, 6, 93:

Nam si natura juberet
A certis annis aevum remeare peractum
Atque alios legere, ad fastum quoscunque parentes *)
Optaret sibi quisque: meis contentus honestos
Fascibus et sellis nollem mihi sumere.

Sat. 2, 3, 69.

Tunc insanus eris, si acceperis, an magis excors
Rejecta praeda, quam praesens Mercurius fertus ?

Epist. ad Pis. 178.

Semper in adjunctis aevoque morabimur aptis.

Od. 1, 31, 9.

Premant Calena falce, quibus dedit
Fortuna vitem. **)

*) Orellius distinctionem post legere sustulit, Dillenburgeri, ut videtur, secutus auctoritatem, qui ut alios multos locos, ita hunc quoque ex figura quadam, quam ἀπὸ κοινῶν grammatici vocant, interpretatur. Censet enim verba ad fastum quoscunque parentes non magis ad optandi quam ad legendi verbum esse referenda. At id neque intelligo quomodo fieri queat, et sententia, quae inde efficitur, ab hoc loco prorsus aliena est. Manifesto hoc vult Horatius: Si per naturam liceret alios eligere parentes, ego meos nollem mutare cum nobilibus; nihil tamen repugnarem, si alii obscuris parentibus nati homines sibi mallent vel nobilissimos sumere, quibus gloriarentur. Hinc patet vv. ad f. q. parentes non posse ex verbo legendi pendere, quanquam ad alios ex posteriore membro parentes cogitatione addendum est. Quae exempla a Dillenburgero afferuntur, a me quoque enotata, vide, ne ipsius rationi adversentur, confirmant meam.

Epod. 2, 37. Quis non malarum, quas amor curas habet
Haec inter obliviscitur.

Sat. 1, 4, 2. Atque alii, quorum comoedia prisca virorum est.

Sat. 1, 10, 16. Illi, scripta quibus comoedia prisca viris est,
Hoc stabant. hoc sunt imitandi.

**) Apud Orellium legitur haec annotatio: „Recentiores quidem editiones ponunt commata post vv. falce et Fortuna. At rectius tolluntur, ut accusativus vitem non premant solum sequatur sed etiam

Od. I. 3, 5.

Navis, quae tibi creditum
Debes Virgilium, finibus Atticis*)
Reddas incolumem, precor.

Epist. I, 18, 15.

Alter rixatur de lana saepe caprina;
Propugnat nugis armatus.

alterum dedit.“ Dillenburger. Cui ultro obsecutus sum. Saepius enim quam adhuc factum est, duplici hujusmodi constructione difficiliore poetarum Latinorum locos commode explanari posse nunc mihi persuasum est.“

Quam id recte sibi persuaserit O., modo vidimus, nec ipse sibi constat; sed tamen si quis et hunc locum et paucos admodum alios ex duplici constructione explanare malit, non valde repugno; illud vero manifestum est non tam longe eam rationem patere, quam Dillenburgero videtur, qui adeo illam figuram adamavit, ut etiam ab his locis abesse eam nolit, quo admitti nullo prorsus modo potest. Insigne exemplum est Epod. I, 16:

Comes minore sum futurus in metu,
Qui major absentes habet;
Ut assidens implumibus pullis avis
Serpentium allapsus timet
Magis relictis, non, ut adsit, auxilli
Latura plus praesentibus.

ubi relictis dativum esse dicit, suspensum a verbis timet et assidens.

At avis implumibus pullis assidens quomodo assidere possit relictis, quis est, qui intelligat? Ne illud quidem assentior e timendi verbo relictis suspensum esse. Mihi enim videtur esse ablativus absolutus, ad quem videlicet saepe confugiunt latini scriptores, ubi simpliciore forma uti non licet. Facile igitur, ut opinor, explanari haec ita possunt. „Ut avis, quae implumes pullos fovet, magis serpentium allapsus timet absens, (*ἀπολιποῦσα*), ubi pullos parumper escae petendae causa reliquit. Qui aliter haec verba explicanda esse existimant, docere certe debent Horatio aut aliis aureae aetatis scriptoribus hoc esse usitatum, ut verbo timendi praeter accusativum simul etiam dativum adjungant. Quod autem h. l. dandi casu significari volunt interpretes, id satis per se intelligitur, ut dativo facile careas.

*) Hic O. comma post Virgilium non sustulit; suus enim ipsi amor est, caesuram dico, cui nimirum cedere modo laudata ratio debet; nec ego nunc quidem obloquor, quum praesertim, qui caesurae vim in interpretandis poetis non agnoscunt, Orellio videantur parum periti.

Epist. 2, 1, 168:

Creditur, ex medio quia res arcessit, habere
Sudoris minimum, sed habet comoedia tanto
Plus oneris, quanto veniae minus.

Jbid. 261:

Discit enim citius meminitque libentius illud,
Quod quis deridet, quam quod probat et veneratur.

Od. 2, 19, 27:

— — sed idem

Pacis eras mediusque belli. *)

Sat. 1, 3, 129:

— Quamvis tacet Hermogenes, cantor tamen atque
Optimus est modulator. *)

Epist. 1, 1, 41.

Virtus est vitium fugere et sapientia prima **)
Stultitia caruisse.

Sat. 1, 5, 84:

Quattuor hinc rapimur viginti et milia rhedis,
Mansuri oppidulo, quod versu dicere non est,
Signis perfacile est. ***)

*) Multi hujus generis apud Horatium leguntur loci, quos Orell. quidem ex transpositione poetica, Dillenb. vero etiam ex specie aliqua constructionis ἀπὸ κοινοῦ explicandos esse censet.

**) Parum accurate haec Vossius ita vertit:

Tugend ist vor dem laster entfliehn und der weisheit beginn ist
Ledig der thorheit zu sein.

Sententia postulat: Laster zu fliehn ist der tugend. beginn etc.

carere autem hoc loco non est vacare, sed idem fere quod fugere, meiden, ut:

Od. 2, 10, 5: Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsoleti
Sordibus tecti etc.

Od. 2, 14, 13. Frustra cruento Marte carebimus.

Nove Orellius: „Abesse a bello, inquit, non pugnare viri etiam fortis est, cum casu fit, ut bellum nullum cum maxime geratur.“

***) Ad non est ex altero membro perfacile vel potius facile addendum; ita etiam hoc assequimur, ut non anxie quaerendum nomen sit, quod versu dici non queat.

Sat. 1, 6, 62:

Magnum hoc ego duco,
Quod placui tibi, qui turpi secernis honestum,
Non patre praeclaro, sed vita et pectore puro.*)

Epist. 1, 14:

Optat ephippia bos, piger optat arare caballus;**)
Quam scit uterque, libens, censebo, exerceat artem.

*) Hunc locum, quo vix alius apud Horatium facillior ad intelligendum est, ne commemorarem quidem, nisi per errorem Orell. puro ad patrem referret. Placuit vero Horatius Maecenati non probitate patris, sed quod ipse erat „integer vitae sclerisque purus.“

Puro igitur non solum ad pectore, sed etiam ad vita referendum est, sicut paulo inferius, ubi Horatium pater servasse dicitur ab omni

Non solum factō, verum opprobrio quoque turpi
adjectivum turpi etiam ad factō pertinere nemo negat.

Non debet igitur Orellius tam graviter invehi in Düntzerum, qui quamvis in sua subtiliore, ut videlicet profitetur ipse, carminum Horatianorum interpretatione multa peccaverit, quaedam etiam disputaverit „prorsus imperite,“ tamen hoc certe loco uter utro plus viderit, nemini dubium esse potest.

**) Piger quo pertineat, non convenit inter doctos homines. Orellius quidem hoc epitheton „propter caesurae vim jungit unice cum caballus.“ Sed quis videt, cur caballo potius quam bovi poeta adtribuerit pigrum? Jure igitur Dillenburgero bos quoque videtur piger esse. „Uterque, inquit, laudat alterius sortem, cum incommoda ejus non sentiat.“ Displicent tamen ea, quae addit, ut nimis artificiosa: „Quapropter cum hove illud epitheton conjungit Horatius vicinitate loci, cum equo et necessitate sententiae et vinculo caesurae, quae tertium pedem dividit.“ Certe si „necessitate sententiae“ piger etiam ad caballum pertinet, expedi haec non possunt nisi ea ratione, in qua explicanda nunc ipsum versamur, quamque neque ab Orellio neque a Dillenburgero contemni oportere ipsorum probare possum auctoritate. Ab utroque enim nunc video haec verba, quae leguntur Epist. 2, 2, 89, ita interpungi:

Gracchus ut hic illi, foret huic ut Mucius ille.

Caesurae scilicet causa; cui tamen ego in hac quidem re vel propterea non ita multum tribuerim, quod ea certam sedem non habet et imprimis apud Horatium variat maxime. Itaque si quis diligentius quaerat, quid caesurae ratio, quam quid poetae sententia ac consuetudo postulare videatur, fieri non potest, quin saepe in errorem delabatur. Vid. Epist. 2, 2, 105:

Sat. 1, 6, 88.

Laus illi debetur et a me gratia major.

Multa fero, ut placem genus irritabile vatum,
 Cum scribo et supplex populi suffragia capto;
 Jdem finitis studiis et mente recepta
 Obturem patulas impune legentibus aures.

ubi si cum Orellio aliisque impune ad legentibus referas, mira h. l. festivitas perit omnino.

Epist. 2, 1, 260: Sedulitas autem stulte, quem diligit, urget.

Haec Orell. cum editoribus prope omnibus sic distinxit:

Sedulitas autem, stulte quem diligit, urget.

Quae ratio quam longe a veritate abhorreat, non sane difficile est ad intelligendum. Homo sedulus videlicet id agit, ut amico suo commodet; sed fit, ut nimio studio (cfr. Epist. 1, 13, 4.) incommodet potius ei, quem diligit. Stulte ergo facit, siquidem id ipsum, quod vult, non assequitur. Ex quo perspicuum est adverbium stulte ad urget, non ad diligit esse referendum; neque id sententia modo, sed etiam ipsa latinitas postulat. Nam stulte quem diligit non est: den er auf eine verkehrte weise liebt, sed: den er thörichterweise (weil er ein Thor ist) liebt; illud si voluisset poeta, scribere debebat prave. Cfr. infra annot. ad Cap. III, 1.

Sed ne longius a re proposita aberret haec disputatio, jam illud quaeramus, quod reliquum est, num revera Hor. velit pigritiam esse causam, cur bos optet ephippia, arare cupiat caballus. Nego equidem. Nam qui hoc facere solent, ut suum ipsi defugiant munus ac diversa sequi malint, non si fere sunt quieti aut ignavi, sed impigri potius sedulique, et vero etiam mobiles ac leves. Non igitur eo consilio poeta illum versus: Quam scit uterque etc., addit, ut eorum acuat industriam, sed ut ab ista eos avocet inconstantia atque levitate, qua nihil sane perversius, nihil miserius esse potest.

At huic interpretationi adversatur caesura. Non credo; modo ita distinguas:

Optat ephippia bos piger, | optat arare caballus.

ut medius versus dividatur, sicut:

Epist. 1, 6, 53: Cui libet hic fasces dabit | cripietque curule

Cui volet importunus ebur.

Epist. ad Pis. 305: Reddere quae ferrum valet, | exsors ipsa secandi.

Hanc caesuram h. l. non sententia modo poscit, sed etiam repetitum v. optat. Quod quidem cum ipsum per se satis probabile sit, tum exemplis quoque confirmari potest.

Epist. 7, 27. Reddes dulce loqui, reddes ridere decorum.

Epist. 16, 61. Da mihi fallere, da justo sanctoque videri.

Epist. 2, 2, 206. Caret tibi pectus inani

Ambitione? caret mortis formidine et ira?

Sat. 1, 3, 54. Haec Res et jungit, junctos et servat amicos.

Omnino ea verba, quae cum vi opponuntur praecedentibus, caesurae subjici solent.

Jbid. 122.

Ad quartam jaceo, post hanc vagor, aut ego lecto,
Aut scripto, quod me tacitum juvet, ungor olivo.

Sat. 1, 4, 115.

— — Sapiens vitatu quidque petitu
Sit melius, causas reddet tibi,

Sat. 1. 10, 90:

— — Demetri, te que Tigelli
Discipularum inter jubeo plorare cathedras.

Epist. 1, 2, 63:

— — hunc frenis, hunc tu compesce catena.

Od. 1, 9, 15:

Nec dulces amores

Sperne, puer, neque tu choreas. *)

Epist. 1, 2, 31:

Ut jugulent homines, surgunt de nocte latrones;
Ut te ipsum serves, non expergisceris? Atqui
Si noles sanus,**) curre hydropicus.

Epist. 1, 16, 69: Vendere cum possis captivum, occidere noli.

Jam intelligitur illum quoque versum, quem supra commemoravi, distinguendum esse hoc modo:

Grachus ut hic illi foret, | huic ut Mucius ille.

cfr. Epist. 1, 6, 48: Hoc primus repetas opus, | hoc postremus omittas.

Epist. 2, 2, 33: Hac rabiosa fugit canis, | hac lutulenta ruit sus.

Ubi vero vox ea, quae iteratur, minus est gravis, gravioribus eam cedere aliis par est, ut:

Sat. 2, 3, 69: Scribe decem a Nerio, non est satis; adde Cicutaec

Nodosi tabulas centum, mille adde catenas.

Optat autem hos caballi ephippia non quia piger est, sed quamquam piger i. e. tardus et ob id ipsum minime aptus est ad equitandum; caballus vero qualis sit, cum ex priore membro satis appareat, facile caret epitheto. Usurpatur certe haec vox etiam de nobili equo.

cfr. Sat. 1, 6, 58: Non ego me claro natum patre, non ego circum

Saturejano vectari rura caballo

Sed quod eram, narro.

*) Virg. Aen. 5, 334: Non tamen Euryali, non ille oblitus amorum.

***) Intell. currere, minime vero expergisci. Ac si illud minus placuerit, propterea quod non cur-

Sat. 1, 3, 46.

At pater ut gnati,*) sic nos debemus, amici

Si quod sit vitium non fastidire.

Sat. 2, 3, 214.

Si quis lectica nitidam gestare amet agnam,

Huic vestem, ut gnatae, paret ancillas, paret aurum etc.

Sat. 1, 2, 111.

Nonne cupidinibus statuatur natura modum quem,

Quid latura sibi, quid sit dolitura negatum,**)

Quaerere plus prodest et inane abscindere soldo.

Od. 1, 31, 17.

Frui paratis et valido mihi,

Latoë, dones et precor integra

Cum mente, nec turpem senectam

Degere nec cithara carentem.***)

rendum sano homini, sed ambulandum sit, non tamen cum Heinsio non is scribendum sed potius tale verbum intelligendum erit eodem modo ut

Sat. 1, 3, 9:

Nil aequale homini fuit illi: saepe velut qui

Currebat fugiens hostem; persaepe velut qui

Junonis sacra ferret (sc. lente incedebat).

*) Intellig. vitium, vel si quod sit vitium, non fastidit.

***) Horum verborum et breviter et concinniter qui attenderit diligenter, non satis poterit admirari.

Non minus laudandus videtur hic versus:

Epist. 1, 14, 10: Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum.

***) Cave cum Orellio haec verba ita interpretare:

„Duo voti Horatiani membra haec sunt: Dones mihi frui paratis, et valido atque integra cum mente degere senectutem eamque propter id ipsum nec despectam neque ἀλυστον. — Quod alii distinguunt post v. mente, nimis enervare videtur alterum membrum nec turpem“ etc.

Miror incidisse h. l. virum doctissimum in errorem quorundam hominum, qui, quid sermonis lex et consuetudo postulet, immemores ac securi, suas saepe et eas non nimis subtiles ipsi scriptori obtrudunt opiniones. Profecto ita valido positum est inter frui et dones, ut non videam, quomodo magis perspicue valido ad frui pertinere poeta declarare potuerit; et autem ante valido collocatum, cui illud alterum et ante precor respondet, satis aperte indicat etiam integra cum mente referri ad frui paratis oportere. Quin etiam ipsa sententia Orellianae interpretationi repugnat. cfr.

Serm. 1, 6, 42.

At hic, si plostra ducenta
Concurrantque foro tria funera, magna sonabit,
Cornua quod vincatque tubas.*)

Epist. ad Pis. 348.

Nam neque chorda sonum reddit, quem volt manus et mens,
Poscentique gravem persaepe remittit acutum,
Nec semper feriet quodcumque minabitur arcus.

Epist. 1, 2, 47. Non domus et fundus, non aeris acervus,
Aegroto domino deduxit corpore febres,
Non animo curas. Valeat possessor oportet,
Si comportatis rebus bene cogitat uti.

Epist. 1, 12, 4. Pauper enim non est, cui rerum suppetit usus,
Si ventri bene, si lateri est pedibusque tuis, nil
Divitiae poterunt regales addere majus.

Hinc scire poterat O. frui paratis Horatio certe non satis esse visum ad bene vivendum.

*) Hujus quidem generis permulta leguntur apud Horatium, quae quanta vi dicantur, non opus videtur docere pluribus.

Quaeramus potius, quomodo distinguendus hic locus videatur. Interpretes quidem sine ulla dubitatione, quum magna ad sonabit pertinere arbitrentur, post funera interpungunt. Verum magna sonare etsi ipsum per se nihil habet offensionis, hic tamen vehementer displicet. Non enim possum mihi persuadere adjectiva, ubi adverbiorum loco a poetis usurpantur, ita plane in eorum abire naturam, ut, quem accusativum plural. constat esse, ei singul. pronom. quod adjungi liceat, ac si liceret, haud scio an jure hic ambiguitatis nomine Hor. reprehenderetur, siquidem illud magna dubium esset quo pertineret.

Accedit, quod magna, si cum sonabit jungas, non solum supervacaneum est — quod sensisse videtur Kirchnerus, qui omiserit illud in sua interpretatione — sed etiam ipsam sententiam enervat. Qui enim tantum strepitum vincat, eum non magna, sed horrenda praeditum esse voce putabimus; id quod commode Hor. significat, cum ita dicit: sonabit, quod cornua vincat et tubas. Simili modo locutus est Sat. 1, 9, 25:

Invideat quod et Hermogenes, ego canto:

Ad funera si magna referendum statuas, neque otiosum est hoc adjectivum, et, quia in funeribus minus amplis non cornua modo, sed ne tubae quidem adhibebantur, prope necessarium.

Sat. 1, 2, 123:

Candida rectaque sit; munda hactenus, ut neque longa
Nec magis alba velit, quam dat natura, videri.

Epod. 2, 49, 50:

Non me Lucrina juverint conchylia
Magisve rhombus aut scari.

Od. 1, 25, 16:

Non sine questu,
Laeta quod pubes hedera virenti
Gaudeat pulla magis atque myrto.

Epist. 1, 18, 78:

Fallimur et quondam non dignum tradimus: ergo
Quem sua culpa premet, deceptus omitte tueri,
Ut*) penitus notum, si tentent crimina, serves
Tuterisque tuo fidentem praesidio.

Od. 3, 25, 2:

Quae nemora aut quos agor in specus.

Epist. 2, 1, 24:

Foedera regum
Vel Gabiis vel cum rigidis aequata Sabinis.

Jbid. 31.

Nil intra est olea,**) nil extra est in-nuce duri.

*) Ambigunt interpretes, particula ut quid valeat hoc loco, utrum ea finalis sit, ut videtur Orellio, an sit comparativa, (so wie) ut Schmidius, Dillenb., alii censent. Quod quidem si vere esset ambiguum, non sane mihi ars Horatii magnopere videretur admiranda. Sed tamen nihil ego hic reperio, in quo haerere quisquam possit, modo ne ignoret, qua ratione loqui soleant Latini. Etenim quamvis saepe ex nostra consuetudine particulis so wie orationis membra inter se connectantur, ubi vix ulla vis comparationis appareat, nusquam tamen neque apud Horatium me tale quid legere memini neque apud alium bonum scriptorem. Itaque mihi persuasum est, neminem posse hic in eum induci errorem, ut illam particulam idem valere putet quod so wie, nisi forte nostrae ei potius, quam latinae consuetudinis habenda ratio videtur. Ipsa autem hujus loci sententia quomodo magis perspicue atque aptioribus quam Horatii verbis efferri possit, equidem non reperio.

**) Consuetudinis Horatianae ignari perperam scripserunt librarii oleam, quod cum corruptum esse praecclare intelligeret Bentlejus, ex conjectura olea restituit. Orellius vero cum plerisque et quam, his,

Sat. 1, 1, 101:

Quid mi igitur suades? ut vivam Maenius? aut sic,
Ut Nomentanus?

Sat. 1, 4, 15:

Di bene fecerunt, inopis me quodque pusilli
Finxerunt animi.

Sat. 1, 9, 49:

Domus hac nec purior ulla est
Nec magis his aliena malis: nil mi officit unquam,
Ditior hic aut est quia doctior.

Sat. 2, 3, 174:

Extimui ne vos ageret vesania discors,
Tu Nomentanum, tu ne sequerere Cicutam.

Epist. 1, 16, 59:

Jane pater, clare, clare cum dixit, Apollo.*)

persaepe illius critici auctoritatem temere sequuntur, oleam tuetur et conferri jubet praeter Hand Turs. II. p. 681 et III. p. 440, ubi trita reperias, etiam Schmid. II. p. 307. Js primo Benth. conjecturam ita probavit, ut, quamvis omnes libri adversari viderentur, tamen recipere eam non dubitaret. Deinde quum in uno Feae et in quinto Berolinensi, qui ipsi videtur satis bonus (schätzbar), olea, in quarto autem Guelf. olera scriptum cognovisset, levissima sane causa, quod videlicet variarent interdum constructionem antiqui scriptores, permotus est, ut olea, quo nihil est verius, nihil elegantius, rejiciendum esse arbitraretur. Tanta igitur iudicii inconstantiae ac levitati quid tribuendum sit, praeter Orellium neminem esse puto, qui non videat.

Qui vero olea in scribendum censuerunt, hi quid de arte Horatiana judicent, nihil ego curo.

cfr. Virg. Aen. 8, 143:

His fretus non legatos, neque prima per artem
Tentamenta tui pepigi.

*) cfr. Virg. Aen. 11, 137:

Tu quoque nunc stares immanis truncus in armis,
Esset par aetas et idem si robur ab annis.

Cap. II.

Sat. 2, 5, 9:

Quando pauperiem, missis ambagibus, horres,
Accipe, qua ratione queas ditescere.

Haec etsi mihi quidem non videntur obscura aut ambigua esse, aliter tamen ab aliis explanari video. Plerique missis ambagibus ad horret pertinere putant, in his Lambinus, cujus haec interpretatio est: „Quoniam igitur ommissa longa verborum circuitione paupertatem pertimescis ac reformidas.“ Sed quis potest dicere, quemquam paupertatem ommissa longa verborum circuitione reformidare, quin ineptus esse videatur. Id cum sentiret Orell., mutavit Heindorfii auctoritate interpretationem Lambini hoc modo.

„Quoniam sine longa verborum circuitione simpliciter et aperte nullo falso pudore absterritus paupertatem reformidare te fateris.“ Nimirum additum fateris eo consilio est, ut illa simpliciter et aperte haberent, quo apte referrentur; quae ratio dubito an latine docto probetur nemini.*)

Quid, quod verba missis ambagibus non idem valent quod aperte, et si valerent, otiosa sane essent et molesta? Neque enim ob eam causam Tiresias Ulixen docet, qua ratione ditescere queat, quod paupertatem formidet aperte — quasi vero id Tiresiae praemio dignum videatur — sed quod magnopere. Jtaque poeta, „qui nil molitur inepte,“ utitur verbo horrendi.**)

Sed ne longis ipse legentes morer ambagibus, quoniam ne unus quidem ex interpretibus,**) nisi obstare putaret sermonis legem, missis ambagibus non cum

*) Dillenburgero contra ne missae quidem esse videntur ambages ab Ulixen. „Nam quae, inquit ille, Ulixes uberius exposuerat et quasi excusare tentaverat, ea duobus verbis complectitur Tiresias, paupertatem horres. Nova sit sane haec interpretatio atque etiam ingeniosa, vera quidem non est. Omnino mihi videntur Horatii verba simpliciora esse, quam quae usquam interpretatione egeant tam artificiosa.“

***) Weil du denn vor der armuth eine so gewaltige furcht hast, so will ich dir ohne umschweife sagen, auf welche art du reich werden kannst.

****) Heindorfius haec fere dicit: So geneigt man auch ist, diess missis ambagibus mit den scholien zu accipe in den folgenden vers zu ziehen etc., so scheint es doch vermöge der stellung dieser worte unmöglich, sie aus den umschliessenden worten herauszuheben.

accipe conjungere mallet, in verborum compositione quid liceat poetis, ut facilius perspicias, subjicere visum est ea, quae ab ipso Horatio similiter sunt dicta.*)

Sat. 1, 2, 17.

Maxime, quis non,

Jupiter, exclamat, simul atque audivit.

Sat. 1, 5, 71.

Tendimus hinc recta Beneventum, ubi sedulus hospes

Paene, macros, arsit, dum turdos versat in igni.

Sat. 2, 1, 60.

Quisquis erit vitae, scribam, color.

Sat. 2, 3, 111.

Ajax cum immeritos occidit, desipit, agnos.

Sat. 2, 3, 133.

Nec ferro ut demens genetricem occidit Orestes.

Epod. 1, 5.

Quid nos? quibus te vita sit superstite

Jucunda, si contra, gravis.**)

*) cfr. Ovid. Met. 15, 6:

Hujus amor curae, patria Curibusque relictis,

Fecit, ut Herculei penetraret ad hospitis urbem.

Jbid. 12, 536:

Haec inter Lapithas et semihomines Centauros

Proelia, Tlepolemus, Pylio referente, dolorem

Praeteriti Alcidae tacito non pertulit ore.

Virg. Aen. 5, 289:

Circus erat, quo se multis cum milibus heros

Consessu medium tulit exstructoque resedit.

**) Ablativi absoluti ita hic in priore membro positi sunt, ut Sat. 2, 3, 69 in posteriore:

Tun' insanus eris, si acceperis, an magis excors

Rejecta praeda, quam praesens Mercurius fert.

Altera lectio: quibus te vita si superstite, in qua defendenda Bentl., Orell. alii frustra consumunt operam, unde nata sit, dubium esse non potest. Non videbant librarii te superstite idem esse ac si legeretur: si sis superstes, quumque semel sit in si, quod sequentia vv. si contra postulare viderentur, mutassent, non sane mirum est criticis tam perplexam orationem potuisse probari, quippe qui, ut quaeque lectio maxime a simplicitate recedit, ita eam arripere soleant cupidissime.

Epod. 5, 27.

Horret capillis ut marinus asperis
Echinus.

Similis librariorum error exstat etiam

Epist. 1, 3, 30:

Hoc opus, hoc studium parvi properemus et ampli,
Si patriae volumus, si nobis vivere cari.
Debes hoc etiam rescribere, sit tibi curae,
Quantae conveniat, Munatius, an male sarta
Gratia nequidquam coit et rescinditur?

ubi haec annotavit Orell.: Pro lectione sit facit quodammodo repetitio v. si post si vulgari sensu bis positum v. 29, verum tamen difficiliorem lectionem cum Bentlejo practuli alteri sit.

Fatetur igitur Orell. illam lectionem esse elegantiozem et tamen non dubitat recipere alteram ob hanc unam causam, quod sit difficilior. Atqui difficilior non est, durior est et ne latina quidem. Verbum enim substantivum omitti saepe apud Horatium, particulam si autem interdum usurpari, ubi nos dicimus ob, nemo ignorat. Hinc ergo quae potest existere difficultas? At sine duritia quadam sit abesse h. l. non potest; est enim: sit revera tantae curae, quantae conveniat esse. Itaque, quia majore vi dicitur, sit eleganter primo loco collocatum est. Compara cum nostro ceteros locos Horatianos, in quibus sit vel sis omissum est, hi omnes facile intelliges quantum differant.

Sat. 2, 5, 54:

Solus multisne cohaeres,

Veloci percurrere oculo.

Sat. 2, 4, 10:

Ede hominis nomen, simul et Romanus an hospes.

Sat. 1, 6, 7:

Cum referre negas, quali sit quisque parente
Natus, dum ingenuus.

Epist. 1, 1, 11:

Quid verum atque decens, curo et rogo.

Denique illud si hoc loco non modo Horatianum, sed ne latinum quidem est. Quae exempla ab interpretibus etiam ex his libris afferuntur, quid probant? nihil nisi hoc, quod nemo est qui dubitet, apud quosdam scriptores post verba explorandi, quaerendi, tentandi et similia aliquando si reperiri, ubi num vel aliam particulam interrogativam expectes. Ubi non praecedat ejusmodi verbum, tamen non est dubium, quin loquentis vel scribentis animo sit observatum, ut Sat. 2, 5, 87:

Anus improba Thebis

Ex testamento sic est elata: cadaver
Unctum oleo largo nudis humeris tulit heres,
Scilicet elabi si posset mortua; credo
Quod nimium iustiterat viventi.

Epod. 6, 15, 16.

An si quis atro dente me petiverit,
Inultus ut flebo puer.

Od. 4, 12, 25.

Verum pone moras et studium lucri,
Nigrorumque memor, dum licet,*) ignium
Misce stultitiam consiliis brevem;
Dulce est desipere in loco.

Od. 1, 10, 9.

Te boves olim**) nisi reddidisses
Per dolum amotas, puerum minaci
Voce dum terret, viduus pharetra
Risit Apollo.

Atque his ego addam, licet omnes, qui nunc sunt, interpretes reclament, etiam illum ex prima satira locum (v. 86—91), quem Bentl. ita undique obseptum esse dicit, ut inde pedem aut proferre aut referre nullo modo possis.

Sunt autem verba ita scribenda:

Miraris, cum tu argento post omnia ponas,
Si nemo praestat, quem non merearis amorem?
At si cognatos nullo, natura, labore,
Quos tibi dat, retinere velis servareque amicos,
Infelix operam perdas, ut si quis asellum
In campo doceat parentem currere frenis.

At declarandi verbo praecedente unquam a bono scriptore si dictum esse non constat. Hoc erat, quod idoneis exemplis viri docti, qui illud si tuentur, tuentur autem, quod sciam, prope omnes, probare debebant.

Jam illud non vereor, ne quis veram esse opinetur Bentleji conjecturam: si tibi curae est, quae vel propter conveniat est rejicienda. Quis enim non videt, rectius dici, modo versus admitteret, sit — convenit, quam contra conveniat — est. Quod autem idem criticus propter coit etiam in priore membro indicativum requiri censet, miror eum non sentire, in mutata hac oratione quanta sit vis et venustas.

*) Verba dum licet ad misce esse referenda ne Orellius quidem negat.

**) Orell. haec ita distinguit: Te, boves olim nisi etc. et tamen olim ad omnes has tres actiones aeque pertinere existimat.

Orell., qui *At si* pravam lectionem esse censet, cum Bentlejo *An si* scripsit et ita defendit: „*An si*, inquit, καὶ εἰς ὁμοίαν. *An* operam perdas, si cognatos, quos nullo (tuo) labore natura tibi dat, amicos retinere servareque velis? Minime vero; nam caritate, indulgentia, liberalitate facillime efficies, ut te ament cognati. Eodem fere reedit codd. aliquorum et Meinekii *At si*, cui exclamationi item respondendum: „Nequaquam profecto.“ Attamen nulla hic est antithesis cum vv. 86. 87. Recepi autem *An si* partim propter auctoritatem codd. antiquissimorum BS, partim ut variaretur oratio post similem formulam v. 80. Contra rejiciendae sunt reliquae lectt. et conj. a nobis memoratae (ac si, an sic, et si, aut si, non si, atqui) ut etiam constructio a Crucquio excogitata, sed verborum ordini prorsus contraria: *At si* cognatos, quos natura tibi dat, nullo labore retinere velis.“

Haec Orellii ratio, in qua ipse lenissimam atque Horatio plane dignam esse putat ad caritatem erga cognatos exhortationem, cum a poetae mente ac voluntate, tum etiam a latini sermonis usu longe abhorret. Verba enim *An operam perdas*, si recte se haberent, non possent intelligi nisi hoc modo: „Oder möchtest du dich wohl umsonst bemühen? Certe adeo stultus non eris; nunquam enim amorem tibi praestabunt cognati.“ Quod Orell. vult intelligi, id latine ita effertur: „An putas operam te perditurum?“

Jam illud ne verum quidem est, avarum hominem caritate, indulgentia, liberalitate facillime effecturum, ut ametur a suis. Diligentius profecto inspexit Horatius vitam moresque hominum, quam ut „facillime“ fieri posse crederet, ut aut ille a sua natura ac consuetudine recedens se praestaret in suos liberalem, aut hi sola caritate atque indulgentia retinerentur servarenturque amici. Opibus juvari se ab homine avaro atque divite volunt cognati; caritas et indulgentia quasi frena sunt, quibus ipsi non magis parent quam asellus, quumque eorum voluntati avarus non obsequatur, tollitur caritas ea, quam natura inter ipsos conciliavit. Hinc illa:

Non uxor salvum te vult, non filius.

Repugnant Orellianae interpretationi etiam verba: *Miraris, si nemo praestat amorem?* Cur miratur avarus? nempe quia naturalem esse putat cognatorum erga se caritatem. Non potest igitur vereri, ne, si eos benevolentia etc. retinere velit, operam perdat; imo ne opus quidem ipsi videtur facere quidquam ad demerendos eos, quos secum conjunxerit ipsa natura. A quo tamen errore abducere eum conatur Hor. non „lenissima cohortatione“, sed gravissimis verbis: *At si* nullo labore cognatos,

quos natura tibi dedit*) amicos**) retinere velis, infelix operam perdas, ut si quis asellum etc.

Opponuntur igitur vv. nullo labore iis, quae proxime antecedunt: quem non merearis amorem i. e. bene merendo retinere studeas; quod cum Orell. non attendisset, veram lectionem at si ob id quoque rejecit, quia nulla hic esset antithesis cum vv. 81. 82. Et sane vel gravissima videri haec causa potest, si illa verba cum Orellio referas ad natura dat, cui tamen rationi praeter ea, quae jam sunt a me contra dicta, etiam haec obstant: Primum maxime dubium est, num nullo labore natura tibi dat recte dicatur pro nullo tuo labore n. d. Equidem ad ejusmodi interpretationem nisi cogente summa necessitate non confugerem. Deinde non apparet, quare illa vv. poeta addiderit; videntur enim prorsus otiosa. Denique non dicitur, quod causam maxime continet, cur frustra operam det avarus, ut cognatorum caritatem retineat.

At, dicit aliquis, ut et haec concedam dici probaliter et ne „constructionem quidem a Crucquio excogitatam verborum ordini esse prorsus contrariam“ ambigue tamen certe locutus est Horatius. Credo, si non satis attenderis aut si parum sis peritus. Neque vero legi ille voluit nisi ab iis, qui et scirent, quid diceretur latine, et qui, quid cujusque loci sententia posceret, recte judicare possent.

Unum tamen est, in quo minus admiror doctos homines haesitare. Si nulum, inquit, impendas laborem, quomodo operam perdas? Sed labor quid valeat h. l. ex antecedentibus verbis perspicitur, est enim nullo labore quod nos dicimus ohne etwas für sie zu thun, nullo sumtu, nulla largitione; operam perdere autem est sich vergebens bemühen. Non contemnit enim avarus cognatorum caritatem, studet potius eam retinere comitate, blando alloquio etc., sumtus vero quum in eos facere nolit, studet frustra i. e. operam perdit; quibus verbis usus videtur esse Hor. etiam propter haec, quae subsequuntur: ut si quis asellum — doceat.

Ac si forte quis fuerit, qui illud dubitet, fierine satis commode possit, ut illis vv. quem non merearis amorem haec: At si nullo labore retinere

*) Dat non est idem quod offert, ut Orell. cum Kirchnero opinatur cfr. quae inferius dicuntur.

**) De hoc usu satis multa supra (c. I.) disputata sunt.

velis opponantur, is conferat Sat. 1, 6, 17, ubi verba*) quid oportet nos facere eodem modo ad ea, quae proxime antecedunt, non ad primariam sententiam pertinent.

*) Haec quo facilius intelligi possint, totum locum opus fuerit subicere.

Cum referre negas, quali sit quisque parente
Natus, dum ingenuus, persuades hoc tibi vere,
Ante potestatem Tulli atque ignobile regnum
Multos saepe viros, nullis majoribus ortos,
Et vixisse probos, amplis et honoribus auctos;
Contra Laevinum, Valeri genus, unde superbus
Tarquinius regno pulsus fuit*), unius assis

*) Bentleji et Maduigii auctoritate permotus Orell. alteram lectionem fugit praetulit. Nimirum si quis diligenter Virgillii imprimis pervolutaverit carmina, ignorare non potest, interdum non modo post conjunctiones temporales, postquam, ubi etc., sed etiam post pronom. relat. praesens tempus poni, ubi perfectum expectes. Ita quoque saepe mirari soleo, qua ratione Zumptius hoc ita fieri neget. cfr. Gram. lat. p. 173, ubi, ut alia omittam, donat Hor. Sat. 1, 2, 56, quia praesens hoc loco durissimum videatur, ex donavit contractum esse dicit. Sed audire velim, quidnam statuendum putet de his formis:

Virg. Eclog 8, 43: Nunc scio quid sit Amor; duris in cotibus illum
Aut Tmaros aut Rhodope aut extremi Garamantes

Nec generis nostri puerum nec sanguinis edunt.

Aen. 1, 731: Jupiter, hospitibus nam te dare jura loquuntur.

Jb. 9, 266: Dabo — —

Craterum antiquum, quem dat Sidonia Dido.

Jb. 11, 172: Magna tropaea ferunt, quos dat tua dextera leto.

Huc pertinet etiam dat ex eo, quem supra explicavimus, loco: natura quos tibi dat, quocum conf. Sat. 1, 2, 124: nec magis alba velit, quam dat natura, videri.

Quum igitur omnino de illo, quem diximus, usu non posse dubitari videatur, tamen hoc loco tempus praesens fugit rejiciendum esse arbitror. Nam ne apud Virgilium quidem reperitur aliorum verborum praesens pro perfecto positum nisi certorum quorundam, ex quibus praeter dare fere haec sunt: generare, creare, edere, educare, parere. Apud Horatium vero praeter dat et donat, quorum eadem vis est (Od. 4, 2, 38: fata donavere nec dabunt) nullum prorsus verbum legitur, quod eodem modo usurpatum dicas. Praecipitat enim Sat. 2, 3, 277:

Hellade percussa Marius, cum praecipitat se,
Cerritus fuit?

et edormit 2, 3, 61:

Non magis audierit, quam Fufius ebrius olim,
Cum Ilionam edormit.

quamquam non minus praesentia sunt quam statuis et spargis ibid. 199:

Tu cum pro vitula statuis dulcem Aulide natam
Ante aras spargisque etc.

Sed quum hunc quoque locum ab aliis alio modo intelligi videam quumque indicta causa nolim rationem damnari meam, non possum eum non tractare paullo uberius.

Non unquam pretio pluris licuisse*), notante
 Iudice, quo nosti, populo, qui stultus honores
 Saepe dat indignis et famae servit ineptus,
 Qui stupet in titulis et imaginibus. Quid oportet
 Nos facere a vulgo longe longeque remotos?
 Namque esto, populus Laevino mallet honorem
 Quam Decio mandare novo, censorque moveret
 Appius, ingenuo si non essem patre natus:
 Vel merito, quoniam in propria non pelle quiessem.
 Sed fulgente trahit constrictos Gloria curru
 Non minus ignotos generosis. Quo tibi, Tilli,
 Sumere depositum clavum fierique tribuno?
 Invidia accrevit, privato quae minor esset.

tamen huc non pertinent: quippe non pron. relat. praecedit, sed particula cum, quae in his quidem locis a part. dum non ita multum differt. Et illud fugit cum ipsum per se probabiliter defendi non possit, tum vero etiam idcirco vehementer displicet, quod est cum participio pulsus conjunctum, non quo omnino negem ita dici posse — namque et alii poetae et imprimis Virgilius verbo primario participium similis verbi adjungunt interdum, nec ipse Horatius plane abhorret ab hoc dicendi genere, ubi quidem concitatior oratio est, ut Sat. 1, 2, 129 — sed quia in hoc „pedestri“ sermone, quae simplicissima ratio est, eam verissimam esse judico.

„At pulsus fuit eadem sententia ac si esset: pulsus est, Hor. scribere non potuit.“

Audio, sed ne voluit quidem. Pulsus fuit enim hoc valet: pulsus est nec postea in urbem rediit, ut haec sententia sit: Laevinus quamquam ortus erat ab illo Valerio, cui populus eam, qua tum fruebatur, libertatem debebat, tamen repulsam tulit.“

Raro, fateor, usurpatur haec forma a scriptoribus latinis, verum tamen non est adeo inusitata, ut altera lectio fugit, quam ego haud scio an jure vix latinam, certe ab hoc loco alienam esse dixi, praeferrere debeat. Cfr. Ovid. Metam. 14, 798: Porta — fonte fuit praestructa novo, dum Martius arma indueret miles. Cic. de Orat. 3, 3, 10: M. Antonii in his ipsis rostris — positum caput illud fuit.

*) Haec ita interpretatur Orell.: „es sei nie mehr als ein heller auf ihn geboten worden: non unquam pluris pretio unius assis licuisse, aestimatum esse veluti in licitatione.“

Quid? uno asse licuit Laevinus? cur uno potissimum? Nemo dixerit. Magis probarem, si ita esset: Ne uno quidem asse licuisse Laevinum; sed ne hoc quidem verum esset. Apertum est enim verba ita esse accipienda: non licuisse Laevinum uno asse pluris (um ein ass mehr), ob id, quod ortus esset claris majoribus.

Similiter locutus est Hor. Sat. 2, 3, 93:

— — Si

Forte minus locuples uno quadrante perisset.

Lambini quidem haec opinio est: „Si populus, qui saepe honores defert ad indignos et splendorem generis potius, quam virtutem sequitur, Laevinum, hominem nobilissimum, propterea, quod a majoribus suis degeneraverat, contempsit, quid nos oportet facere, multum a populo studiis et judiciis dissidentes?“ Haec vero sententia quomodo cum iis, quae sequuntur: Namque esto etc. apte cohaereret, non demonstravit Lamb., nec sane potuit. Nullo enim prorsus modo cohaeret. Ipse id sensit; annotavit enim ad Namque esto haec: „Redit ad illud superius de populi levitate atque errore, qui plerumque nobilitatem pluris facit, quam integritatem, gravitatem, constantiam ceterasque virtutes.“

Bentlejus autem nos in vos mutato sententiam ita explicat: „Quodsi vulgus tam recte judicat: quanto magis id oportet Vos facere. Vos dico Augustos, Maecenates, Polliones, Messalas etc. non quali quisque sit natus parente, sed quo ingenio, qua virtute sit, quaerere oportet. Quod si nos substituatur, pessum ibit tota sententia: quippe haud se inter generosos numerat, qui de hominibus novis candide et aequae judicent; sed se istis novis accenset, qui aequa nobilium judicia sperare sibi et polliceri audeant.“

Quid? novis se hominibus accenset poeta, qui cum aliis locis tum hoc toto sermone satis aperte misera ambitione sese solutum esse declarat? Et quid opus erat admonere Maecenatem, ne novos homines contemneret, qui sua sponte „ignotos non suspenderet naso“ quique „referre negaret quali quisque parente esset natus?“

Nec ea quae sequuntur quomodo Bentleji rationi convenient, intelligi ullo pacto potest; ipse ne verbo quidem indicavit. Sed nescio an de hac re idem senserit atque Orell., cui sententiae non sine grata negligentia laxius esse compositae videntur hoc modo:

„Quodsi populus de petitorum dignitate recte interdum judicat, interdum prave, nonne nos, qui rectius vulgo sentire merito nobis videmur, semper verum iudicium de hominibus in nostram amicitiam admittendis aut ex ea excludendis ferre debemus, longe remoti ab inconstantia illa, quam in popello jam reprehendi. Namque perfacile fieri potest, ut et populus nobilem indignum, qualem nosti Laevinum honoribus oneret, repulsa notet alterum Decium, virum optimum, sed novum, et censor aliquis nimis severus, qualem fuisse Appium recordamur, nullam aliam ob causam, nisi quod libertino patre nati simus, me aliumve meae conditionis hominem senatu moveat: iudicium ad primum adpectum iniquum, quo nos in seligendis amicis

nunquam utemur, quamquam, ultro enim fatebor, hoc fortasse vel merito faceret ille, quatenus ei senatoria dignitas natalibus meis parum convenire videretur.“

In his illa: „judicium ad primum adspexit iniquum, quo nos in seligendis amicis nunquam utemur,“ temere addita sunt ab Orellio. Neque enim ullo verbo iniquum illud judicium esse significavit poeta et multo minus dicit, quid ipse in seligendis amicis spectet. De petendis honoribus hic loquitur, non de jungendis amicitiiis; atque si illud Orellio concederem, potuisse se Horatium sine inani jactantia „consociare“ Maecenati, negarem tamen sequentia, quae a causali particula oriuntur, ita posse explicari, ut non ad Maecenatem quoque, „Tyrrhenam regum progeniem,“ referri necesse esset. Hoc Orell. vidisset ipse, nisi multis verbis sententiam obruisset, quo factum est, ut illa namque esto etc. non, ut sermonis lex postulat, ad vv. Quid oportet nos facere etc., sed ad inconstantiam popelli, quae verba in ipsius interpretatione proxime antecedunt, referret.

Ex his, quae a me sunt exposita, jam perspicuum esse puto, nos neque mutari oportere in vos, neque ad alium quemquam pertinere nisi ad homines ignobiles, ergo ad Horatium *) et alios ejusdem conditionis atque voluntatis, ut totius loci haec sententia sit: Tu quidem, Maecenas, quamquam summo loco natus es, non contemnis tamen obscuros homines vereque tibi persuades jam ante Servium Tullium multos fuisse, qui nullis majoribus orti sola virtute ad summos honores ascenderent; populus vero, minus morum probitatem quam nobilitatem generis admirari solitus, saepe indignis honores defert dignosque, nisi iidem sint honestis parentibus nati, negligit ac spernit.***) Quid oportet nos facere, qui a vulgo longissime dissentientes non stupemus in

*) Si quis nos ad solum Horatium referre malit, nihil impedit. cfr. Od. 2, 17, 32:

Reddere victimas

Aedemque votivam memento; (Maecenas)

Nos humilem feriemus agnam.

**) Errant, qui haec verba ad superius membrum referentes sententiam ita procedere putant: Quum aliquando indignos homines quamvis nobilissimos vel ipse populus contemnat: quid oportet etc.

cfr. etiam Od. 2, 3:

Aequum momento rebus in arduis

Servare mentem, non secus in bonis

Ab insolenti temperatam

Laetitia, moriture Delli, *)

Seu moestus omni tempore vixeris.

*) i. e. qui moriturus es, seu etc.

titulis et imaginibus? Num etsi ignobili sumus loco nati, tamen honores petemus? Minime. Nam facile fieri potest, ut petitori non vita, at genere meliori posthabeamur, aut etiam e senatu ejiciamur a Censore in parentes nostros inquirente diligentius. Haec cum ita fieri non ignoremus, si tamen audeamus petere: vel merito, repulsam si feramus, id nobis dixerim evenire. Melius scilicet vivemus ac beatius, in qua fortuna atque conditione nati sumus, in ea si acquiescemus. Sed hoc non intelligunt boni homines; nam quamvis obscuro loco orti, tamen contendunt honoris et gloriae cupiditate cum generosis; quod quam stulte fiat, Tillii exemplo probatur.

Hinc, opinor, intelligi debet, eo potissimum consilio conscriptum esse hunc sermonem ab Horatio, ut demonstraret eos errare vehementer, qui propterea sibi inviderent, quod Maecenatis gratia ad adipiscendos summos in republica honores usus esse videretur.

Cap. III.

Sat. I, 3, 55:

At nos virtutes ipsas invertimus atque
 Sincerum cupimus vas incrustare. Probus quis
 Nobiscum vivit, multum demissus homo: illi
 Tardo cognomen, pingui damus. ¹⁾ Hic fugit omnes
 Insidias nullique malo latus obdit apertum,
 Cum genus hoc inter vitae versetur, ubi acris
 Invidia atque vigent ubi crimina: pro bene sano
 Ac non incauto fictum astutumque vocamus.
 Simplicior quis et est, qualem me saepe libenter
 Obtulerim tibi, Maecenas, ut forte legentem
 Aut tacitum impellat quovis sermone: molestus ²⁾,
 Communi sensu plane caret, inquit. Eheu
 Quam temere in nosmet legem sancimus iniquam!
 Nam vitii nemo sine nascitur; optimus ille est,
 Qui minimis urgetur. Amicus dulcis, ut aequum est,
 Cum mea compenset vitii bona ³⁾; pluribus hisce,
 Si modo plura mihi bona sunt, inclinet, amari
 Si volet: hac lege in trutina ponetur eadem.

1) Haec Orell. cum Reisigio sic distinguit:

Probus quis

Nobiscum vivit: multum demissus homo; illi

Tardo cognomen pingui damus.

et „unice rectam“ interpretationem hanc esse censet: „Si quis probus (modestus, ehrlich und anspruchslos) nobiscum vivit, statim non sine contemptu, „multum demissus, abjectus, pusilli animi“ (*μικροῦς τὰς γνώμας καὶ ταπεινοῦς* tales vocat Lucian., nos verzagt, kleinlaut;) homo est, dicimus; similiter si quis paullo tardior, (phlegmatisch) est, qui non acutissime moveatur (sensu Tulliano Acad. 1, 9, ad Fam. 15, 21) illico ei pingue ingenium tribuimus.“

Fidenter sane Or. de hoc loco, qui Bentlejo quasi scopulus videtur esse, interpretum omnium naufragiis infamis, suam sententiam proponit, neque tamen affert quidquam, quo tollatur aliorum dubitatio. Ac primum quidem scire velim, quomodo cum ipsius interpretatione ea possint conciliari, quae proxime antecedunt: At nos virtutes ipsas invertimus. Virtutem visam esse Horatio ingenii tarditatem credit quisquis voluerit, non ego.

Deinde in his: multum demissus homo, quae apodosis Orellio videtur, abesse verbum nullo pacto potest. Est quod nonnulli inserunt, etiam si satis haberet auctoritatis, non sufficit tamen, requiritur simile verbum ut ea, quae subsequuntur. Cur autem in prima potissimum sententia omissum verbum sit, probabiliter dixerit nemo.

Accedit, quod Orell. ratio abhorreere videtur ab Horatiana consuetudine ac concinnitate; non enim tria, ut semper fere, sed quatuor essent exempla eaque inaequalissima, cum primum et alterum singulis tantum versibus continerentur.

Sed ne longus sim in refutanda Orell. opinione, ad alteram veniamus interpretationem, quam ego et sententiae et verbis maxime esse accommodatam defendo.

Probus enim cum per se dubium videri possit quid significet, demissus poeta adjungit, unde, quomodo dicatur, facile est intellectu. Sic etiam alii, perspicue qui scribunt, ubi illam vocem eadem vi usurpant, modestus, pudicus, demissus, similia addere solent. Commode autem vis nominis demissus augetur adverbio multum, ut magis etiam appareat, quare cognomine pinguis appelletur.

Jam haec: tardus, pinguis quam accurate illis: probus, multum demissus respondeant in promptu est, neque ipse Orell. negat in v. pinguis majorem quam in v. tardus inesse reprehensionem. Jtaque illud asyndeton: tardo,

pingui tantum abest, ut mihi videatur „intolerabile“ ut carere eo equidem nolum*), Bentleji que ac vel Heindorfii et non supervacaneum modo esse putem, sed languidum etiam ac molestum. Qui vero aliter sentiunt, quum ea, quae apud Horatium leguntur similia, minus videantur attendisse, conterant velim hos locos, e quibus Orell. quidem vix unum dixit esse intolerabilem.

Sat. 1, 7, 7.

Confidens tumidusque, adeo sermonis amari,
Sisennas, Barros ut equis praecurreret albis.

Sat. 1, 2, 31.

Nec vereor, ne — — — —
Cruribus haec metuat, doti deprensa.

Sat. 2, 2, 14.

Cum labor extuderit fastidia, siccus, inanis
Sperne cibum vilem.

Sat. 1, 3, 84:

Paulum deliquit amicus,
Quod nisi concedas, habeare insuavis, acerbus, **)
Odisti et fugis, ut Rusonem debitor aeris,

*) Der anspruchlose, gar sehr bescheidene heisst uns ein schwach- ein dummkopf.

**) Improbatur hanc rationem Orell., neque vero dicit, cur ita distingui verba non debeant. Ipse, Bentlejo auctore, cum plerisque acerbus cum odisti conjungit, quo nihil mihi videtur fieri posse ineptius.

Primum si quis amico parvum aliquod delictum, v. c. quod catinum dejecerit, non modo non ignoscat, sed etiam acerbe illum oderit (grimmig hasst, ut Kirchnerus interpretatur), non insuavem eum haberi puto, sed saevum potius aut insanum.

Atqui tam acerbum odium omnino intercedere non solet inter amicos, praesertim talibus de causis, quales deinceps commemorantur. Neque usquam apud Horatium quidquam legitur, unde tam longe sapientissimum poetam aberrare potuisse a natura atque veritate suspicere.

Deinde nostrum v. hassen ipsum per se hoc loco gravius est; odisse enim saepe idem fere significat quod fastidire, fugere, ut Epist. 1, 1, 72:

Nec sequar et fugiam, quae diligit ipse vel odit.

Epist. 1, 14, 11: Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.

Nec Rusonem odit debitor aeris acerbe, sed studiose creditoris congressum vitat, ne ejus amaras (widerwärtige, langweilige) audire historias cogatur. Ita etiam illud satis perspicue indicatur, quo modo amicos saepe ob parva delicta fugere soleant homines.

Qui nisi, cum tristes misero venere Kalendae,
Mercedem aut nummos unde unde extricat, amaras
Porrecto jugulo historias captivus ut audit.

Sat. 1, 2, 83:

Adde huc quod mercedem sine fucis gestat, aperte,
Quod venale habet, ostendit, nec, si quid honesti est,
Jactat habetque palam, quaerit quo turpia celet.

Postremo acerbus odi Latine non dicitur. An vero putant docti viri, quoniam persaepe adjectiva ab Horatio adverbiorum loco usurpantur, quodvis adjectivum cum quovis verbo conjungi licere? Orell. quidem, cujus imprimis erat, cum alteram rationem ut falsam rejecisset, suam idoneis probare exemplis, ne verbo quidem eam rem attigit. At ipse tamen poeta dicit: odimus invidi, lividus odi. Nil mirum. Nonne idem dicit: beatus vivo, miser vivo, bonus eruo, malus stringo? Num vero usquam dixit: bonus vivo, malus dico? Quid ergo? Distinguendum est et videndum, quomodo quidque dicatur. Lividus odi cum dico, non intenditur verbi vis, causa magis indicatur odii; qui vero dicit: ich hasse grimmig, acerbum esse ipsum odium declarat. Quare ubi ad solam actionem, quae verbo significatur, adverbium pertinet, non potest mutari cum adjectivo, nisi quod interdum adjectivorum accusativus gen. neutrius pro adverbio positus reperitur, ut decorum ridere, magna sonare (acerba gemere Ovid.)

Sunt autem ab Horatio adverbiorum loco haec fere usurpata:

1. Aliquot adjectiva temporis, ut vespertinus, nocturnus etc.
2. Unum loci: domesticus (οτιος) Graccorum more, ut Thuc. I, 134: — ἐς οἴκημα — ἐκελευσάν, ἵνα μὴ ὑπαίθριος καταπιροῖη, ἠσύχαζεν.

3. Alia permulta, quae quasi participiorum vel appositionis loco posita videri possunt, ut timidus, pavidus, impavidus, providus, saevus, blandus, avidus, cupidus, curiosus, vagus, salvus, velox, citus, fallax, catus, cautus, callidus, vafer, stultus, demens, inconcinnus, lenis, mitis, placidus, aequus, clemens, commodus, facilis, officiosus, facetus, candidus, pius, integer, bonus (i. e. benignus), parcus, malignus, improbus, pravus (i. e. improbus, malignus),*) incestus, malus (i. e. improbus, nequam), superbus, torvus, ferox, horridus, acer, fortis, firmus, strenuus, severus, durus, sedulus, gnavus, vegetus, segnis, iners, mollis, lascivus.

Quae etiam in soluta oratione, imprimis apud Sallustium reperiuntur, ut laetus, moestus, tristis, iratus, tacitus etc., praetermitto.

*) Hinc intelligitur recte dici pravus hoc facio, si est hoc facio, cum sim pravus; sin intelligi volo hoc perverse facio, prave dicendum est. Similiter pro acerbe dici liceret acerbus, si esset idem quod saevus, iratus; qua tamen significatione non usurpatur.

Epist. 1, 17, 58:

Nec semel irrisus triviis attollere curat
 Fracto crure planum, licet illi plurima manet
 Lacrima, *) per sanctum juratus dicat Osirim:
 Credite etc.

Epist. 1, 18, 15:

Alter rixatur de lana saepe caprina; **)
 Propugnat nugis armatus: Scilicet etc.

Od. 3, 18, 7:

Larga nec desunt Veneris sodali
 Vina craterae, vetus ara multo
 fumat odore.

2) Recte haec verba Orellius ita interpretatur: „Si simplicior quis est et talis, qualem etc. non vero: Si quis est etiam simplicior, qualem etc. ut alii volunt.“ Vid. quae de hac consuetudine capite primo dixi. Verum illud ei non assentior, molestus cum sermone esse coniungendum. Nam si quis eo simplicitatis processerit, ut legentibus nobis aut tacitis quovis sermone sit molestus, haud scio an jure sensu communi plane carere dicatur. Id vero repugnat Horatii consilio, qui quod talis homo deliquerit, levius videri vult, gravius contra, quod vulgus hominum judicare soleat. Jtaque molestus cum Kirchnero censeo ad sequentia referri oportere, ut haec sententia sit: Si quis paulo simplicior est, ut, quum quid habeat, quod amici interesse putet audire, laetus accurrat cum eoque etiam minus commodo tempore illud communicet, molestum hunc dicimus vitaeque communis plane ignarum; quae ratio quam totius loci concinnitati conveniat, satis perspicuum esse existimo.

*) Jure Orellio ἀσύνδετον librorum magis placet, quam Tan. Fabri conjectura: per sanctum et juratus.

**) „Codicum ἀσύνδετον, inquit Orell., sane mirum; et quod Bentlejus, Schmid, Passow inseruerunt, facile excidere potuit.“ Hoc non nego, illud me fateor nondum intelligere, cur ei ἀσύνδετον in hac satis concitata oratione magis quam in superiore loco mirum videatur.

³⁾ Quomodo vis particulae cum h. l. accipienda sit, dissentiunt inter se viri eruditi, cum eam alii, ut Heind., Orell. praepositionem, alii, ut Hand., Kirchn., Dillenb. conjunctionem esse arbitrentur. Quod quidem cui non permirum videatur, inter tam doctos tamque ingeniosos homines nondum convenire potuisse, utram hujus voculae veram significationem hic esse statuunt? An inscite haec aut oscitanter scripta esse ab Horatio putabimus, qui quam loqueretur ambigue, non viderit? Jmo vero omnia ita composita sunt accurate, ut equidem vix intelligam, quomodo in iis interpretandis periti ac latine docti viri errare potuerint.

Etenim quid jubetur amicus dulcis? Nempe cum vitiis compensare bona. Ita sane par est. Ergo haec quidem verba ut aequum est ex sermonis lege posita sunt inter amicus dulcis et compenset; compenset autem, quoniam in eo maxima vis inest, locum habere debet suum in primario membro, et habet, nisi perperam cum conjunctionem esse censeas.

Jam illud satis constat compensare rem cum re esse dagegen aufwägen, dagegen halten, ut Cic. Pis. 30, 75: Nonne compensabit cum uno versiculo (quo offensus esse putabatur Pompejus) tot mea volumina laudum suarum? compensare rem re wieder gut machen, ersetzen, ut Cic. Orat. 64, 216: Spondeus paucitatem pedum gravitatis suae tarditate compensat. Nam quod apud Ovidium Heroid. 3, 51 reperitur: „Tot tamen amissis te compensavimus unum,“ id ab usitata consuetudine recedit, neque certissima lectio est.

Quin etiam hoc non dubitans dico, si cum conjunctionem esse velis, totam hanc verborum comprehensionem Horatio indignam videri. Sed quoniam id facilius intelligi, quam argumentis probari potest, si qui ista ratione vim hujus loci atque concinnitatem perire omnem non ipsi senserint, cum iis quid ego frustra verbis contendam? Comparent tamen velim etiam atque etiam praecedentis orationis brevitatem cum molesta hac longitudine, in memoriamque sibi revocent ipsius praeceptum, quod legitur

Sat. 2, 1, 9:

Est brevitae opus, ut currat sententia neu se

Impediat verbis lassas onerantibus aures.

At quid tandem est, cur doctissimi homines neque latinitatis neque Horatianae artis habita ratione illam interpretationem cupide amplexentur, hanc et simpliciorum et ipsis verbis magis convenientem prorsus rejiciant? Nihil sane, quod quidem mihi

probetur. Negant enim fieri posse, ut praepositio, nisi eadem sit adverbii loco posita, longius a suo nomine removeatur;*) in quo admirandum est eos ne haec quidem attendisse quae modo legimus: Vitiis nemo sine nascitur. An hic quoque praepositionem pro adverbio habendam esse arbitrantur? Cfr. praeterea

Sat. 1, 10, 91:

Discipularum inter jubeo plorare cathedras.

Od. 3, 15, 5:

Maturo propior desine funeri

Inter ludere virgines.

Jbid. 3, 19, 15:

— Tres prohibet supra

Rixarum metuens tangere Gratia.

Virg. Aen. 2, 278:

Volnera — — quae circum plurima muros

Accepit patrios.

Jbid. 11, 149:

Feretro Pallanta reposito

Procubuit super.

Jbid. 11, 509:

Sed nunc, est omnia quando

Iste animus supra, mecum partire laborem.

Jbid. 12, 279:

Quos agmina contra

Procurrunt Laurentum.

Virg. Eclog. 6, 19:

Injiciunt ipsis ex vincula sertis.

Atque his, quae modo a me excitata sunt, illa Cum mea compenset vitiis bona duriora aut minus elegantia esse haud facile quisquam dixerit, qui

*) Eine solche trennung der praeposition von ihrem nomen, inquit Wüstemannus, ist unzulässig; sie findet nur statt, wie Reisig richtig bemerkt, wenn die praeposition zugleich adverb ist. Cum ist also conjunction und der conjunctiv hat keinen anstoss. S. Hand. Turs. II. p. 167. " Hic error a Reisigio, ut videtur, profectus per multorum jam libros pervasit ac diffusus est.

quidem de his rebus judicare possit, praesertim si illud ipsum pronomen etiam aliis in locis meminerit suo substantivo longius ab Horatio praemitti, ut

Sat. 1, 3, 92:

— Positum ante mea quia pullum in parte catini
Sustulit esuriens.

Sat. 1, 6, 95:

Atqui si vitiis mediocribus ac mea paucis
Mendosa est natura etc.

Epist. 1, 19, 35:

Scire velis, mea cur ingratus opuscula lector
Laudet ametque domi.

Epist. 2, 2, 20:

Dixi me pigrum proficiscenti tibi, dixi
Talibus officiis prope mancum, ne mea saevus
Jurgares ad te quod epistola nulla rediret. *)

*) Simili modo pronomen vestra longe suum substantivum antegreditur apud Virgilium Aen. 11, 67:
Advenit qui vestra dies muliebribus armis
Verba redarguerit.

Schulnachrichten.

A. Allgemeine Lehrverfassung.

I. PRIMA.

Ordinarius: Der Director.

Latein. 8 St. Cic. de fin. I. H. Tac. Ann. III—IV. Aufsätze und Controle der Privatlectüre. Wöchentliche Pensa oder kleine Arbeiten zum Behuf der Sprechübungen. Extemporalia. 6 St. Prof. Marquardt.
Hor. Od. I. II. Serm. I. 1, 3, 4, 6, 9, 10. Prof. Herbst.

Griechisch. 6 St. Platonis Protagoras, Phaedon. Demosthenis orat. philipp. VIII. Sophoclis Ajax mit e. Einleitung in die tragische Poesie der Griechen. Aeschylus Eumeniden. Homeri Ilias XIII—XVIII. z. Th. priv. schriftl. übersetzt. Ferner privatim Meno, de rep. I. II. Herodot. I. c. 100—216. Griechische Exercitien. Der Director.

Deutsch. 3 St. Geschichte der deutschen poetischen Literatur vom Anfange bis zum Jahr 1700. Lectüre des Nibelungen-Liedes. Anfangsgründe der mittelhochdeutschen Grammatik. Aufsätze. Elemente der Logik. Oberl. Czwalina.

Französisch. 2 St. Exercitien und freie Arbeiten mit Einübung der Syntax. Uebersicht der französ. poet. National-Liter. m. einigen Beispielen. Gelesen Racine's Athalie u. Hernani v. Victor Hugo. Dr. Brandstätter.

Hebräisch. 2 St. Repetit. der Verba anom. Die Lehre vom Nomen. 1 St. Erstes Buch Sam. bis Cap. 18, und 20 Psalmen gelesen. 1 St. Dr. Hintz.

Religion. 2 St. Reformations- und neuere Kirchen-Geschichte. Dr. Roeper.

Mathematik. 4 St. Die Lehre von den Kegelschnitten, elementar-geometrisch. — Praktische Uebungen in der Anwendung des Messtisches auf dem Felde. — Algebraische, trigonometrische und geometrische Aufgaben. Prof. Anger.

Physik. 2 St. Wiederholungen aus verschiedenen Gebieten mit Zusätzen. — Polarisation des Lichts. Prof. Anger.

Geschichte und Geographie. Im Sommer 3, im Winter 4 St. Geschichte der deutschen Freiheitskriege. Geschichte des sechszehnten und siebzehnten Jahrhunderts. Repetition der griechischen Geschichte und der gesammten Geographie. Prof. Hirsch.

II. SECUNDA.

Ordinarius: Prof. Dr. Herbst.

Latein. 10 St. Cic. Oratt. in Cat., pro Ligar., pro Deiot., pro Marc., pro Milon. Sallust. Jugurtha. 4 St. Virg. Aen. VIII–XII. 2 St. Cic. Tusc. I. II. V. Stilübungen und Grammatik 4 St. Prof. Herbst.

Griechisch. 6 St. Plutarch: Flaminius, Timoleon, Aemilius Paulus. Herod. VIII, IX. Exercitien und Grammatik. 4 St. Prof. Herbst. — Homeri Ilias I–VI, Odysee I–VI. th. cursorisch, theils privatim schriftlich übersetzt. Der Director.

Deutsch. 2 St. Geschichte der deutschen poetischen Literatur von 1700 bis 1770. Aufsätze. Dispositionen. Freie Vorträge. Oberl. Czwalina.

Französisch. 2 St. Lectüre aus Menzels Handbuch. Die Abschnitte von Lacretelle und Chateaubriand. Voltaire's Henriade und Racine's Phèdre. Exercitien und Extemporalien. 2 St. Prof. Hirsch.

Hebräisch. 2 St. Die Pronomina und Suffixa, das regelmässige und unregelmässige Verbum. 1 St. Genesis gelesen bis Cap. 35 mit Auswahl. 1 St. Dr. Hintz.

Religion. 2 St. Lesung des (griechischen) Neuen Testaments: Apostelg. 13. Cap. bis zu Ende und Brief Jacobi. — Kirchengeschichte vom 8. Jahrhundert bis zur Reformation. Prediger Tornwald.

Mathematik. 4 St. Anwendungen der Algebra auf die Geometrie, mit zahlreichen Uebungs-Aufgaben. Wiederholung der Trigonometrie und Stereometrie. Prof. Anger.

Physik. 2 St. Hydrostatik. — Wiederholungen aus verschiedenen Gebieten. Prof. Anger.

Geschichte und Geographie. Im Sommer 4, im Winter 3 St. Einzelne Abschnitte der griechischen und römischen Geschichte. Geschichte des Mittelalters bis zu den Hohenstaufen. Geographische Repetitionen. Prof. Hirsch.

III. OBER-TERTIA.

Ordinarius: Prof. Marquardt.

Latein. 10 St. Cic. Cato maj. Curtius III. IV. Wöchentliche Pensa und Extemporalien. Grammatik nach Zumpt §. 77–83. Wiederholung des etymologischen Theils und der Casusregeln. Mündliche Uebungen nach Dronke's Aufgaben. 8 St. Prof. Marquardt. Ovid. Metam. XI–XV. Prof. Herbst.

Griechisch. 6 St. Homer Od. XIX–XXIV. Xenoph. Anab. I. II. Wiederholung des etym. Theils der Grammatik. Hauptregeln der Syntax. Prof. Marquardt.

Deutsch. 2 St. Aufsätze und Uebungen im freien Vortrage. S.A.C. Dr. Cosack.

Französisch. 2 St. Charles XII. Lib. 6. 7. 8. Exercitien und Extemporalien, hauptsächlich zur Einübung der unregelmässigen Verba. S.A.C. Dr. Cosack.

Religion. 2 St. Die Lehre von den Sakramenten. Auswahl aus den Psalmen, Sprüchen Salomonis, Prediger Salomonis und Jesaias, gelesen und erklärt. Prediger Tornwald.

Mathematik. 4 St. Algebraische und geometrische Uebungs-Aufgaben. — Stereometrische Vorübungen. Prof. Anger.

Physik. 2 St. Electricität und Magnetismus. Prof. Anger.

Geschichte und Geographie. 4 St. Alte Geschichte bis zur Völkerwanderung. Geographie von Asien, Afrika und Australien. Prof. Hirsch.

IV. UNTER-TERTIA.

Ordinarius von Coet. A. Dr. Brandstaeter.

Ordinarius von Coet. B. S.A.C. Boeszörmeny.

Latin. 10 St. Gelesen in d. Clio v. Jacobs die Stücke aus Caesar u. die aus Curtius, bis No. XII., dann XVII. und XIX.; aus Livius No. XXIII.; in den Metam. des Ovid die 3 ersten B. m. Auswahl. — Lehre von d. Temp., vom Indic., Conj., Imper. — Extemporalien u. wöchentl. Exercit. Die Ordinarien der Coetus.

Griechisch. 6 St. Gelesen im Elem.-Buch von Jacobs die Beisp. v. regelm. Vbs., v. unregelm. u. die gemischten, Anekd. 1—110; mytholog. Gespräche I—XII. — Verba in μ gelernt, die gesammte Formenlehre repetirt.

A. Dr. Brandstäter, B. S.A.C. Stein.

Deutsch. 2 St. Aufsätze und Declamationen. Dr. Brandstäter.

Französisch. 2 St. Coet. A. und B. vereinigt. Aussprache, Leseübungen, Declin. u. Conjugation, mit Uebers. ins Französ.; gelesen im II. B. des Charles XII. v. Voltaire. Dr. Brandstäter.

Religion. 2 St. Coet. A. und B. vereinigt. Erklärung des zweiten Hauptstückes. Heilige Geschichte des alten Bundes. Prediger Tornwald.

Mathematik. 4 St. Geometrie. 2 St. Lehre von der Aehnlichkeit der Dreiecke; von der Gleichheit und Ausmessung der Parallelogramme und Vielecke, Hauptsätze vom Kreise. (Geom. Aufgaben.) Arithmetik. 2 St. Cursus von Quarta wiederholt. Lehre von den Potenzen, von den Gleichungen mit einer und mehren unbekanntem Grössen. (Viele Beispiele aus Meier Hirsch.) Coet. A. Oberl. Czwalina. Coet. B. im Sommer S.A.C. Dr. Hoffmann, im Winter S.A.C. Dr. Förstemann.

Geschichte und Geographie. 4 St. Mittlere und neuere Geschichte mit besonderer Rücksicht auf die vaterländische. Politische Geographie von Europa. Coet. A. Prof. Hirsch. Coet. B. S.A.C. Dr. Panten.

V. QUARTA.

Ordinarius von Coet. A. Dr. Röper.

Ordinarius von Coet. B. S.A.C. Dr. Förstemann.

Latin. 10 St. Gelesen Cornelius Nepos mit Ausnahme der zwei ersten und zwei letzten Lebensbeschreibungen, im S. 4 St., im W. 6 St. Repetition der Formenlehre, Syntax der Casus, wöchentliche Exercitien und Extemporalien, im S. 4 St., im W. Coet. A. 2 St., Coet. B. 4 St. — Coet. A. Dr. Roeper. Coet. B. Dr. Förstemann, die Extemp. im S. beide Coet. combinirt bei Dr. Förstemann.

Griechisch. 6 St. Grammatik von den Elementen bis zu den Verbis contractis, mit Ausnahme der Verba $\lambda\upsilon\phi$. Gelesen einige Stücke aus dem ersten Cursus von Jacobs griech. Elementarbucho. Coet. A. im S. S.A.C. Boeszörmeny, im W. Dr. Roeper, Coet. B. S.A.C. Hintz.

Deutsch. 2 St. Deutsche Aufsätze mit gelegentlichen sprachlichen Erläuterungen. Declamationsübungen. Coet. A. Dr. Roeper, Coet. B. S.A.C. Hintz.

Religion. 2 St. Coet. A. und B. combinirt. Lesung und Erklärung biblischer Abschnitte, im S. der sonntäglichen Perikopen, im W. der Apostelgeschichte. Einübung des Katechismus und Erläuterung des dritten Hauptstückes. Bibelsprüche und geistliche Lieder. Dr. Roeper.

Mathematik. 4 St. Geometrie: Von den Linien und Winkeln, von der Congruenz der Dreiecke, von den Parallellinien, Vierecken und Vielecken. 2 St. Arithmetik: Decimalbrüche, Ausziehen von Quadrat- und Kubikwurzeln, entgegengesetzte Grössen, Buchstabenrechnungen. 2 St. Coet. A. im S. Dr. Hoffmann, im W. Oberl. Czwalina, seit Weihnachten S.A.C. Dr. Strehlke. Coet. B. im S. Oberl. Czwalina, im W. Dr. Förstemann.

Rechnen. Coet. A. 2 St. Uebung und Erweiterung der in Quinta durchgenommenen Rechnungsarten. Rabbatrechnung. Im S. Dr. Hoffmann, im W. Oberl. Czwalina.

Geschichte und Geographie. 4 St. Allgemeine Geschichte bis Karl d. Gr. — Physische Geographie v. Australien, Afrika, Asien, Amerika und dem westlichen und mittleren Europa. Coet. A. Prof. Hirsch. Coet. B. Dr. Panten.

Zeichnen. 2 St. Zeichenlehrer Breysig. Geometrisches Zeichnen in Coet. A. Oberl. Czwalina, in Coet. B. Dr. Förstemann.

VI. QUINTA.

Ordinarius: Dr. Hintz.

Latein. 10 St. Lectüre des dritten Cursus im Ellendt mit genauer Construction und Vocabellernen. 5 St. Wiederholung und Erweiterung des grammat. Pens. v. Sexta, Genusreg., unregelm. Verba, Particp.-Construct., Acc. c. Inf. Wöchentl. ein Exercit. 5 St. Dr. Hintz.

Deutsch. 4 St. Lehre vom Satz und von der Rection der Casus, Lectüre im Lehmann. — Aufsätze meistens nach vorgetragenen geschichtlichen Erzählungen. Dr. Hintz.

Religion. 2 St. Biblische Geschichte (ausführlicher als in Sexta) bis zum Babylon. Exil. Das Leben Jesu. Auswendiglernen bibl. Sprüche, Kirchenlieder u. der 3 ersten Hauptstücke des Katechismus. Oberl. Skusa.

Rechnen. 4 St. Die Bruchrechnung wiederholt, die Lehre von der einfachen und zusammengesetzten Regula de tri, Zinsrechnung, Gesellschaftsrechnung. Oberl. Czwalina.

Naturgeschichte. 4 St. Im Sommer: einheimische Pflanzen. Im Winter: die einfachen Mineralien, dann wirbellose Thiere, besond. Insekten. Oberl. Skusa.

Geographie. 2 St. Der erste und zweite Cursus im Voigt, nach vorheriger Einleitung über die mathematische Geographie nach dem Standpunkt der Schüler. Dr. Hintz.

Zeichnen. 2 St. Zeichenlehrer Breysig.

Schreiben. 2 St. Schreiblehrer Lorwein.

VIII. SEXTA.

Ordinarius: Oberl. Skusa.

Latein. 8 St. Von den Elementen bis zu den 4 regelmässigen Conjugationen incl., wöchentlich ein kleines Exercitium, Lectüre aus Ellendt's Lesebuch. Oberl. Skusa.

Deutsch. 4 St. Orthographische Uebungen und kleine Aufsätze, Uebungen, im mündlichen Erzählen des Gelesenen. Lernen leichter Gedichte. Oberl. Skusa.

Religion. 2 St. Biblische Geschichte bis Salomo. Erzählungen aus dem Leben Jesu (nach Kohlrausch). Auswendiglernen leichter Bibelsprüche und Liederverse. Oberl. Skusa.

Rechnen. 4 St. Die vier Species in ganzen und gebrochenen Zahlen, einfache Regel de tri mit Brüchen, fleissiges Kopfrechnen. Dr. Hintz.

Naturgeschichte. 2 St. Aufsuchen naturhistor. Kennzeichen an einheimischen Pflanzen u. Thieren. Oberl. Skusa.

Geographie. 2 St. Das gleiche Pensum wie in Quinta, mit einiger Beschränkung. Dr. Hintz.

Zeichnen. 4 St. Zeichenlehrer Breysig.

Schreiben. 4 St. Schreiblehrer Lorwein.

Die Elementarclassen oder SEPTIMA

hat täglich 1 (zweimal 2) Lese-, 1 Schreib-, 1 Rechnen-, 1 orthographische Stunde, ausserdem wöchentlich einige Religionsstunden, einige für Zeichnen und Geographie, zusammen wöchentlich 32 Stunden. Elementarlehrer Wilde.

Ausser den vorgenannten Stunden wurden noch ertheilt wöchentlich 2 Religionsstunden für Katholiken (ihrer waren unter 425 Schülern im ganzen Gymnasium 35), bisher von dem Dombherrn Rossolkiewicz; 6 Singestunden von den Musiklehrern Boyd und Musikdirector Markull; endlich für Liebhaber des Zeichnens in den oberen Classen 4 Zeichenstunden ausser der Schulzeit vom Zeichenlehrer Breysig. Im Sommer wurde auch das Turnen unter Leitung des Turnlehrers Torresse und Aufsicht eines Lehrers 4 Mal wöchentlich in je 1½ Stunden geübt; etwa 250 Schüler nahmen Theil.

B. Verordnungen

des Königl. Provinzial-Schul-Collegiums der Provinz Preussen.

1. Vom 17. Mai 1847. Aufforderung zur Berichterstattung über die Anwendbarkeit der sogenannten Ruthardtschen Methode.
 2. Vom 25. Mai 1847. Mittheilung einer ergänzenden Bestimmung zu dem Abiturienten-Prüfungs-Reglement des Inhalts, dass, wenn Jemand die Reife nur für ein bestimmtes Fach der Wissenschaften erlangt hat, dies in der Ueberschrift des Zeugnisses bemerkt werden soll, damit er sich nicht für ein anderes Fach immatriculiren lassen könne.
 3. Vom 24. November 1847. Das Königl. Provinzial-Schul-Collegium erklärt in Bezug auf bereits bestehende allgemeine Anordnungen, dass diejenigen Schüler, für welche bei der Aufnahme eine nach dem Ermessen des Directors zuverlässige Pension, (so dass Gastwirthe, Conditoren, Krämer, Schankwirthe, falls nicht etwa nahe verwandtschaftliche Verhältnisse als Abwehr gegen die zu erwartenden nachtheiligen Einflüsse geltend gemacht werden können, und Wittwen, falls nicht von ihnen eine genügende und verbürgende männliche Aufsicht für die Pensionäre dargethan wird, von der Haltung von Pensionären auszuschliessen sind) nicht nachgewiesen werden kann, nicht aufgenommen werden dürfen. Ebenso sind diejenigen Schüler, deren Pension bei dem Besuch durch die Classen-Ordinarien und durch den Director, oder durch anderweitige Merkmale bedenklich erscheint, von ihren Eltern u. s. w. entweder anderweitig mit Genehmigung des Directors unterzubringen oder den Ihrigen zurückzugeben.
 4. Vom 29. December 1847. Wenn Schüler durch Abgang von der Schule mit Bewilligung ihrer Eltern oder sonstigen Vorgesetzten sich einer über sie verhängten Schulstrafe entziehen, soll die Abbüßung der Schulstrafe zwar nicht erzwungen, das Ausscheiden aber als eine Verweisung von der Schule angesehen und als solche in dem Abgangs-Zeugniss bezeichnet werden, so dass einen so Ausgeschiedenen die im vorjährigen Programm bekanntgemachten Folgen der Verweisung treffen, worauf er auch ausdrücklich aufmerksam gemacht werden soll.
 5. Vom 29. December 1847. Mittheilung einer ergänzenden Bestimmung über die Anfertigung der schriftlichen Abiturienten-Arbeiten.
-

C. Chronik.

Es ist in dem verflossenen Schuljahre in den Verhältnissen des Gymnasiums keine weitere Veränderung eingetreten, als dass wegen der geschwächten Gesundheit des Herrn Dr. Röper, die ihn auch acht Wochen das Seebad Zoppot zu gebrauchen nöthigte, der Prediger an der hiesigen Kirche zum h. Leichnam, Herr Tornwald, seit Ostern vergangenen Jahres gütigst den Religionsunterricht in den drei Classen: Secunda, Ober-Tertia, Unter-Tertia übernommen hat und auch noch ferner fortsetzen wird. Zu den Herren Schulamts-Candidaten, welche bereits im vorigen Jahre und zum Theil schon seit längerer Zeit am Gymnasium wirken, ist seit Ostern v. J. hinzugekommen S. A. C. Boeszoermy, um sein Probejahr abzuhalten, welches wie das des Herrn S. A. C. Hintz jetzt beendet ist. Seit Neujahr habe ich auf seinen Wunsch auch dem S. A. C. Dr. Strehlke 4 mathematische Stunden in der einen Abtheilung von Quarta zugewiesen. Die meisten dieser Herren, wo nicht alle, werden auch im nächsten Schuljahre an dem Gymnasium beschäftigt sein, und dadurch die Theilung der etwas starken mittleren Classen in coordinirte parallele Coetus wiederum möglich werden.

D. Statistische Nachrichten.

a. Lehrer.

Ausser den in nachfolgender Tabelle genannten 10 eigentlichen Lehrern, dem Zeichenlehrer, Schreiblehrer und beiden Musiklehrern, haben in dem verflossenen Schuljahre noch an dem Gymnasium gewirkt als Religionslehrer der bereits genannte Herr Prediger Tornwald, der katholische Religionslehrer Herr Domherr Rossolkiewicz, und acht Schulamts-Candidaten, nämlich die Herren Dr. Cosack, Dr. Förstemann, Dr. Hoffmann, Dr. Panten, Dr. Strehlke, S. A. C. Böszöermy, Hintz, Stein. (Herr Dr. Hoffmann ist indess seit Anfang Novembers als Stellvertreter des erkrankten mathematischen Lehrers nach Gumbinnen gegangen und noch nicht zurückgekehrt.)

b. Schüler.

Die Gesamtzahl der Schüler am Schlusse des vorigen Schuljahrs mit Einschluss der Elementarclassen betrug 436, ohne dieselbe 395; sie beträgt gegenwärtig 384, mit Einschluss der Elementarclassen 423. Davon sitzen in I. 25, II. 40, Ober-III. 60, Unter-III. in 2 Coet. 70, IV. in 2 Coet. 84, V. 50, VI. 55, VII. 39.

Inscibirt wurden im Laufe des Schuljahres 75, mit Einschluss von 21 aus der Elementarclassen in die Sexta versetzten Schülern, für die Elementarclassen 21. Abgegangen sind, miteingerechnet die vorjährigen 10 Abiturienten, 86. Jetzt gehen mit dem Zeugnisse der Reife folgende 9 Abiturienten zur Universität:

1. Alexander Plaumann, aus Danzig, 20 J. alt, 9 J. auf dem Gymnasium, 3 J. in Prima, wird in Halle Theologie und Philologie studiren.
2. Louis Botzon, aus Danzig, 19½ J. alt, 9 J. auf dem Gymnasium, 2½ J. in Prima, wird in Berlin Philologie studiren.
3. Franz Lehmann, aus Danzig, 19½ J. alt, 9 J. auf dem Gymnasium, 2½ J. in Prima, wird in Jena und Berlin Philologie studiren.
4. Julius Schaper, aus Elbing, 18¾ J. alt, 3 J. auf dem Gymnasium, 2 J. in Prima, wird Jura in Halle studiren.
5. Edmund Rump, aus Brück (bei Danzig), 20 J. alt, 9 J. auf dem Gymnasium, 2 J. in Prima, wird in Heidelberg Jura und Cameraia studiren.

6. August Heinrichs, aus Danzig, 22 J. alt, 5 J. auf dem Gymnasium, 2 J. in Prima, wird in Halle Theologie und Philologie studiren.
7. Hermann Schmalz, aus Lauenburg, 19 $\frac{1}{4}$ J. alt, 4 $\frac{3}{4}$ J. auf dem Gymnasium, 2 J. in Prima, wird in Berlin das Baufach studiren.
8. Theodor Schultze, aus Gumbinnen, 20 $\frac{1}{2}$ J. alt, 6 J. auf dem Gymnasium, 2 J. in Prima, wird in Berlin Medicin studiren.
9. Adolph Hewelcke, aus Danzig, 19 $\frac{1}{4}$ J. alt, 7 J. auf dem Gymnasium, 2 J. in Prima, wird in Berlin Jura und Cameraia studiren.

c. Lehrapparat.

Die Münzsammlung des Gymnasiums hat auch in diesem Jahr einen bedeutenden Zuwachs sowohl durch einige erhebliche Ankäufe als durch mehre werthvolle Geschenke erhalten. Die am 20. August 1847 angestellte Auction der Doubletten der Sammlung ergab einen Ertrag von fast 1000 Thlrn., von welcher Summe ein Theil zu neuen Anschaffungen verwendet worden ist. Unter diesen ist besonders zu nennen die von Herrn F. A. Vossberg zusammengebrachte und aus dessen Werk „Geschichte der Preussischen Münzen und Siegel von frühester Zeit bis zum Ende der Herrschaft des deutschen Ordens, Berlin 1843“ bekannte treffliche Sammlung der Münzen des deutschen Ordens, bestehend aus 685 Nummern, welche der frühere Herr Besitzer unserem Cabinet überlassen hat; ausser dieser sind 279 Münzen und Medaillen, grösstentheils zur Ergänzung der Danziger und polnischen Folge erworben worden. An Geschenken sind uns zugegangen:

1. Von Herrn August Behrend eine interessante Sammlung von Penny-token und einigen andern englischen Münzen, zusammen 261 Stück.
2. Von dem Herrn Geh. Ober-Regierungs-Rath und Ober-Bürgermeister von Weickhmann ein goldnes Rubelstück 1766. Oestr. $\frac{1}{2}$ Ducatenstück 1690 und 54 diverse kleinere Silber- und Kupfermünzen.
3. Von Herrn Oberlehrer Dr. Brandstätter ein dänisches $\frac{1}{2}$ Skillingsstück.
4. Von Herrn Geheimen Registrator an der Hauptbank zu Berlin F. A. Vossberg ein Abschlag von der Rückseite der Danziger Medaille N. 585 Vossb. in Silber; 5 verschiedene Denare des 12. und 13. Jahrhunderts, 2 Bracteat und 2 Danziger Solidi.
5. Von Herrn J. J. Ernst eine galyanoplastische Copie der Danziger Medaille auf Mbd. Pauly, ein lithauischer Dreigroschen 1562 und 1 lithauischer IVGroschen 1568.
6. Von Herrn Rentier Clebsch eine kleine, in dessen Garten ausgegrabene Münze.
7. Von Herrn Randt ein preussischer Thaler 1786 und 4 kleinere Silbermünzen.

Für alle diese Geschenke spreche ich im Namen der Anstalt meinen ergebensten Dank aus, indem ich die Bitte hinzufüge, dass, im Falle in unserer Umgegend, wie dies fast jährlich vorkommt, Münzen aufgefunden werden sollten, man hievon dem zeitigen Verwalter unserer Sammlung, Herrn Prof. Marquardt, eine Nachricht gütigst zugehen lassen wolle.

Für die Bibliothek wurden ausser den Fortsetzungen von: Encyclopädie von Ersch und Gruber, Pauly Real-Encyclopädie d. philos. Wissenschaften, Suidae Lexicon ed. Bernhardy, Letronne Recueil des inscript, grecques et latines de l'Egypte, Schlosser's Weltgeschichte, Wachsmuth's Zeitalter der Revolutionen, Raumer's hist. Taschenb., Pertz Monumenta Germ. histor., Ranke's deutsch. Gesch. im Zeitalter d. Reformat., Dr. Luther's reformat. Schriften, Firmenich Germaniens Völkerstimmen, Schlegel's sämmtl. Werken, Alex. v. Humboldt's Kosmos u. m. a. neu angeschafft: Ultimae Pindari Isthmiae Scholia ed. Resler, Schwenck d. sieben Tragödien d. Sophokles, Wieseler über d. Thymele d. griech. Theaters, Plato's Timäus übers. v. Schneider, Demosthenes u. Massillon v. Theremin, Taciti Germania ed. Massmann, Varro de lingua lat. ed. C. O. Müller, Pfund, altital. Rechtsalterthümer, Rubino Untersuchung üb. röm. Verfassung u. Gesch. Dureau de la Malle Economie politique des Romains, Nitsch die Gracchen u. ihre

nächsten Vorgänger, Hegel Gesch. d. Städteverfassung in Italien, Sötl Gregor d. Siebente, Barthold Deutschland u. d. Hugenotten, Ranke neun Bücher Preuss. Gesch., Hagen Gesch. d. neuesten Zeit, Mager d. genet. Methode d. schulmässig. Unterrichts in fremden Sprachen, Weber Revision d. deutsch. Schulwesens, Heydemann u. Mützell Zeitschr. f. d. Gymnas.-Wesen, Wackernagel deutsch. Lesebuch, Grunert optische Untersuchung., Bernoulli Handbuch d. Dampfmaschinenlehre, Plücker System d. Geometrie des Raumes, Adam geometr. Aufgaben u. m. a. In Auctionen wurden angekauft: Brunet Manuel du Libraire et Supplem. 7 Voll., Vetera Romanor. Itinerasia ed. Wesseling, Chronologie de Ptolemée par Halma, Commentaire de Théon, d'Alexandrie sur le livre III. de l'Almageste par Halma.

Ein Hohes Ministerium der geistlichen etc. Angelegenheiten schenkte dem Gymnasium ausser den Fortsetzungen von Crelle's Journal f. Mathematik, d. encyclopäd. Wörterbuch d. medic. Wissenschaften, Ternite's Wandgemälden aus Herculanium u. Pompeji, Gerhard's auserlesen. griech. Vasenbildern, als neu: Stillfried's und Märcker's Hohenzollerische Forschungen Th. I. nebst einer Stammtafel,

für welche Beweise Hohen Wohlwollens wir gehorsamst danken.

Von der Königl. Dänisch. Gesellschaft für nordische Alterthümer erhielten wir: Bulletin de la société des antiquaires du Nord. 2 Voll., vom Herrn Buchhändler Maucke in Jena: Putsche lat. Grammatik f. unt. u. mittl. Gymnasialclassen 3. Aufl., Dünnebieber Uebersetzungsbeispiele a. classisch. Schriftstellern d. Römer; vom Herrn Buchhändler Landsberger in Gleiwitz: Kabath deutsch. Lesebuch f. d. unt. Class. d. Gymnas., Wolf 52 ein-, zwei- u. vierstimmige Turnlieder u. Canons; vom Herrn Musikdirector Döring in Elbing: Patriotische Gesänge f. d. Männer-Chor v. e. Preussen; von Hrn. Dr. Kniewel 4 ältere Werke in 16 Bänden.

Auch für diese Geschenke danken wir freundlichst.

d. Unterstützungen der Schüler und Studirenden.

Aus den von uns verwalteten Gymnasialstiftungen theilten wir die Summe von 673 Thalern, nämlich 210 Thaler an Schüler, 463 Thaler an Studirende aus.

An Schulgeld erliessen wir die Summe von 710 Thalern, indem 26 Schüler (überwiegend der oberen Classen) ganz freien, 34 halb freien Schulunterricht erhielten, und ausserdem einzelnes rückständige Schulgeld niedergeschlagen wurde.

U e b e r s i c h t

der statistischen Verhältnisse des Gymnasiums im Schuljahre von Ostern 1847 bis dahin 1848.

Lehrer.	Allgemeiner Lehrplan.								Verhältnisse der								
	Fächer.	Classen und Stunden.							Summa.	Schüler			Abiturienten				
		I.	II.	O. III.	U. III.	IV.	V.	VI.		In	waren	sind	Es werden entlassen.	studiren wo?	was?		
Dir. Engelhardt.	Lateinisch .	8	10	10	10	10	10	8	66	I.	23	25	mit dem	in Berlin	5	Jura	3
Prof. Herbst.	Griechisch .	6	6	6	6	6	—	—	30	II.	42	40	Zeugniss	in Halle	3	Medicin	1
Prof. Anger.	Deutsch . .	3	2	2	2	2	4	4	19	O. III.	54	60	der	in Heide- berg	1	Theologie	2
Prof. Hirsch.	Französisch.	2	2	2	2	—	—	—	8	U. III.	57	70	Reife.	9		Philol.	2
Prof. Marquardt.	Hebräisch .	2	2	—	—	—	—	—	4	IV. C.A	60	44				Baufach	1
1r. ordentl. Lehrer	Religion . .	2	2	2	2	2	2	2	14	IV. C.B	44	40					
Czwalina.	Mathematik.	4	4	4	4	4	—	—	20	V.	59	50					
2r.—Brandstätter	Rechnen . .	—	—	—	—	2	4	4	10	VI.	56	55					
3r. — Hintz.	Physik . . .	2	2	2	—	—	—	—	6								
4r. — Skusa.	Geschichte .	3	4	4	3	2	2	2	—								
Ausserord. Lehrer	Geographie .	—	—	2	2	2	2	2	10	S.	395	384		9		9	9
Dr. Roeper.	Naturgesch.	—	—	—	—	—	4	2	6	VII.	41	39					
Zeichn. Breysig.	Zeichnen . .	—	—	—	—	2	2	4	8								
Schreibl. Lorwein.	Schreiben . .	—	—	—	—	—	2	4	6								
Musiklehrer Boyd.	Gesang . . .	(2∞2∞2)		2∞2		2∞2		6									
— Markull.																	
Elementarl. Wilde.																	
	Summa . .	32	32	32	32	32	32	32	224								
		(1)	(1)						(2)								

Von diesen Stunden fallen die Singstunden der oberen Classen und 2 hebräische ausser der Schulzeit. Die Parallel-Lectiōnen in IV. und U.-III. sind nur einfach gezählt.

(Das Zeichen ∞ bedeutet Combination.)

Inscribirt sind 75 (incl. 21 aus der Elementarclasse versetzter), abgegangen 86; für die Elementarclasse inscribirt 21.

Anordnung der Prüfung am 18. April 1848.

Vormittags von 8 Uhr ab.

Choral.

UNTER-TERTIA.	Mathematik. Oberlehrer Czwalina. Latein. S. A. C. Boeszoermeny. Griechisch. Dr. Brandstätter.
OBER-TERTIA.	Religion. Prediger Tornwald. Französisch. Dr. Cosack. Mathematik. Prof. Anger.
SECUNDA.	Geschichte. Prof. Hirsch. Latein. Prof. Herbst.
PRIMA.	Griechisch. Der Director. Latein. Prof. Marquardt.

Entlassung der Abiturienten.

Schlussgesang.

Chor aus der Schöpfung von Haydn.

Nachmittags von halb 3 Uhr ab.

Chor.

Hymne von Schultz: Vor dir, o Ewiger.

SEPTIMA oder Elementarclasse.	Lesen, Rechnen. Elementarlehrer Wilde.
SEXTA.	Latein. Oberlehrer Skusa Rechnen. Dr. Hintz.
QUINTA.	Naturgeschichte. Oberlehrer Skusa. Latein. Dr. Hintz.
QUARTA.	Latein. Dr. Röper. Griechisch. S. A. C. Hintz. Mathematik. S. A. C. Dr. Förstemann. Geschichte und Geographie. S. A. C. Dr. Panten.

Schlussgesang.

Hallelujah, aus dem Messias von Händel.

Mittwoch, den 19. April Censur und Versetzung. Schluss des Schuljahres. Das neue beginnt Donnerstag, den 4 Mai. Zur Prüfung und Aufnahme neuer Schüler bin ich vom 1. Mai ab täglich von 9 bis 12 Uhr in meinem Geschäftszimmer im Gymnasium anzutreffen.

ENGELHARDT, Director.